

Dionisius de situ orbis.

Eloquētissimi uiri domini Antonii Bechariae ue-  
ronensis proœmium in Dyonisii traductionem de  
situ orbis habitabilis ad clarissimum physicum ma-  
gistrum Hieronymum de Leonardis.

**D**ionisii alexandrini philosophi  
cum nuper in libellum quen-  
dam concidissem: quem ipse  
hexametro uersu de ea parte  
orbis quæ habitabilis dicitur  
adolescens admodum conscri-  
pserat. Mirum fuit mi Hiero-  
nyme q̄ mihi præ cæteris pla-  
uerit illius summi & excellētissimi uiri ingenium.  
Considerabam enim in hoc homine: non ea quæ  
cæteri solent singularia quædam & præstantissima  
munera iudicare qualia sunt: q̄ aut ad ualitudinem  
corporis pertinent: aut ad pulchritudinē: aut quæ  
ad eius dignitatis statum & excellentiam sunt tra-  
dita: cum ea mihi uiderentur eiusmodi esse: ut cum  
partim a natura proficiscantur partim etiam a for-  
tuna: neq; magis ab humana opera prouenirent:  
q̄ diuina quadam benignitate & cælesti dono mor-  
talibus elargirentur: non tamen ea esse licet ampli-  
sima: quæ possent ueram homini laudem aut glo-  
riam compare: Cuz neq; ea q̄ sunt isita homini a na-  
tura. neq; etiam quæ a fortuna proficiscuntur: ullā  
prorsus promereri: ut nosti: laudem uideantur. tā-  
etsi multa quoq; huiusmodi consecutus fuisse tra-  
ditur: quæ inter cætera præstantissima naturæ ipsi

a ii

us aut fortunæ munera non inferiora pro sui excel-  
lencia & magnitudine uideantur. Erat enī ex sum-  
mis ortus parētibus: neq; cuiquā nobilitate animi  
aut diuitiarum copia cedere uidebatur. Sed erant  
alia quædam longe ampliora: quæ me cogebant in  
eo uiro non solum laudare: & recte quidem lauda-  
re: sed etiā admirari: atq; id efficere: ut quantis pos-  
sem uiribus eniterer ne omnino huiusmodi uiri fa-  
cta iacerent: neue inter græcorum ruinas: quibus  
iam prope immerſa est patria illa: hostiū lapidibus  
aut telis obruerentur. Quæ quideꝫ cum sint eius  
modi ut non illa mihi uiderentur aliunde compara-  
ta: sed potius sua uirtute & industria animiq; ma-  
gnitudine & præstantia conquisita: existimaui nō  
magis aliena dici posse quā sua: & propterea non a  
natura unquā repeti posse neq; a fortuna: sed potiꝫ  
illum & naturam & fortunā singulari studio & dili-  
gentia superasse. Omitto ea quæ usq; ab incunte  
adolescētia summa semper fide & integritate de se  
præstitisse traditur: tametsi certo sciaz potissima eē  
a quibus facile oclusus ad ueram laudē aditus ape-  
ritur: cum huiusmodi in ea ætate uirtutes non sint  
nisi quædam iusticiæ ipsius semina: quæ cuz adole-  
uerint & ad perfectam peruenerint maturitatem:  
mirabiles pariunt ad cæterarum omnium cupidita-  
tem fructus: Verūtamen nec ea fuisse fateor: quæ  
me tantopere afficerent de eo uiro: & si præstantis-  
sima quidem ut erant & omni admiratione dignis-  
sima: & potissimum cum rememorarem illa mul-

tis etiam cum aliis uiris: qui ea ætate floruerunt cō-  
munia extitisse. Neq; solum ipsum fuisse: qui tum  
eam laudis gloriam consequeretur: tum etiam cuz  
ipsæ uirtutes uiderentur quodāmodo sua prorsus  
mercede & gratia caruisse: postquā nec dum efflu-  
xisset inter mortales. Verum illud & inextinguibi-  
le pietatis lumen: quod illarum gentium oculis in-  
iectam caliginem detergeret illustraretq; cum exor-  
to tum primum manifestuz esse coepisse homines  
intueri & patefactas esse hominum insidias & do-  
los: quibus humanuz genus quasi cathenis quibus-  
dam irretitū inexorabili seruitute detinebatur. Ve-  
rū illud me præ cæteris mouebat mi Hieronymes  
non q̄ ex sui natura maius esse in homine existima-  
rem: q̄ ea quæ dixerim: sed quod mihi maiori qua-  
dam admiratiōe dignum uidebatur. Nam cū esset  
ex summo loco (ut dixi) natus: & adolescēs adhuc:  
in tantisq; educatus deliciis: quātis alius quispiam  
potuisset: in ea potissimum ciuitate: quæ tum maxi-  
me omnium rerum affluentia & magnitudine cæ-  
teris omnibus anteibat. Tantam tamen addiderit  
huic uitæ felicitati aliarum artium doctrinam & co-  
gnitionem: ut longe ampliora ista quā superiora il-  
la iudicarentur. Ex quo euenit: ut crescente paula-  
tim cum eius ætate doctrina: ipsius etiam fama cō-  
tinue cum dignitate succresceret. Neq; minus esse  
quod consequeretur ab ipsa doctrina laudis & am-  
plitudinis: q̄ & cæteris commodis gloriæ uirtutis.  
Accedebat etiam ad ipsius uiri laudem & admira-



tionem: & cum multa & uaria scripsisse cōstet: quæ passim diffusa græcis hominibus legenda tradiderat: tanta tamen ea cum elegantia & dicēdi copia & ubertate scripsisse dicitur: ut ipse nō lingua locutus fuisse: sed manu omnia finxisse: tanq̄ phidias quidā pro uoluntate uideretur. Quod quidē potissimū fuit: ut & ipse hunc laborem non recusarem: atq; illum e græco sermōe in latinū conuerterem. tamen si eisdem me metri legibus quibus ipse astringi nō ueluz: ut liberiori cursu nostra percurrat oratio. Fe enim ut pictores solēt: qui cū uelint ali cuius perpulchri corporis habitudinē liniamētaq; deducere: neq; enī id facile possint ob illorum mirabilē: nec sine armonia quadam: ut ita dicam conennitate aptissimamq; membroꝝ omnium cōpositionē: eā tamē nituntur de se p̄stare: quæ saltem similitudinē quādam & si non proprietatē p̄ se ferant. Statui etiam illū tibi dedicatum iri: quo nostrā iam inceptā beniuolentiā aliquo meo munere honestarē & crepundiis applauderem filioli tui quē ipse paulo ante una cum præfule meo ex sacro baptismatis fonte suscepimus: ut cū adoleuerit: habeat etiā ex me: cū quo oblectetur ipse. & nostræ huic beniuolentiæ cōgratuletur: atq; illud i perpetuū tanq̄ firmissimū quoddam mutuz nostræ caritatis pignus obseruet.

**E**rra omnis cū ab oceano tanquā ingens quædam insula & imensa pene circūualletur non tamē prorsus globea est neq; omnino rotūda: cū utrinq; ad solis semitā altius erecta

Præful de q̄ loquit fuit Hermolaus barbarus.

caliginosæ cuiusdā quasi nubeculæ speciē præstet. Hæc & si unica sit: in tres tamen partes ueteres distinxere illā: quarū quidem unā uoluerunt Libyaꝝ dici a libe olim perdomitā: seu ab eo q̄ frigoris rigiditate careat Aphricā. alteram a muliere deperdita Europā. tertiam quæ cæteras magnitudine uinceret: Asiā. Libya ab europa secernitur: ab uno quidē latere littore Gaditano. ab alio autē hostio Nili: ea potissimū in parte: unde borealis sinus ægypti porrigitur: & gloriosum illud Canopi amiclei templuz conditū. Europā uero ab asia Tanais flumē disiungens atq; ambarū fines utrinq; perlābens in boreā uersus per Sauromatas in Scythiā usq; atq; i mæotidis paludē protēditur Ad austrū autē uersus hellepontus primum extendit termini signū: ac deinde hostiū Nili: quod magis etiā quaz hellepontus ipse conspicitur ad austrū. Alii tamen dicūt terram quadram esse: quæ cū ita gemino incingatur freto Caspio scilicet & Euxino: græci illā ut cæteras alias quæ sunt huiusmodi Isthmū appellauerunt: eāq; esse quæ utriusq; fine ac termino illiditur. Fuerūt & q̄ dicerent aliū Isthmū: qui in australē & ipse distensus plagam: atq; Arabiæ & Aegypti perscindens sinū esse: qui ab asia libyā ipsam seiungit. His itaq; limitibus cū uniuersa tripartita sit tellus: nulli dubitandū erit quin & ipsa ab oceano circūuallet. Qui quidē oceanus licet & ipse unicus sit: quemadmodū & tellus: multis tamen ac diuersis nominibus tanq̄ uallum quoddam & distractuz per partes corpo

Libya a libe dicta.  
Europa a muliere deperdita.  
Asia.  
Fines inter libyā & europam.  
Fines europæ & asiæ.  
Tanais fluius.  
Sauromate Nil⁹ flui⁹ Caspium & Euxinum maria: terrā cigētia.



Hesperum  
mare  
Atlaticum  
mare.  
Arimaspho-  
rum gētes  
ferocissimæ.  
Pontus gla-  
cialis. alias  
mare mor-  
tuum.  
Mare Eouꝝ  
& Indicū.  
Mare rubꝝ  
aliter æthi-  
opicum.  
Pamphilia.  
Mare Satur-  
nium.  
Hircanum  
mare.

ris distinguitur. Prope enim loca extrema: unde ze-  
phyrus spirat & mons ille Atlas erigitur: haud am-  
plius oceanus dicitur: sed ab hesperia ulteriori: quā  
illidit hesperum mare aut ab ipso monte atlantico  
Atlaticū. At superius ad boream ubi ferocissimæ  
Arimasphoꝝ gētes tenent: cū sol ibi tarde tepideq;  
illuceat ob ipsius a cursu distantiam & uallatam al-  
tissimis collibus regionē: ex quibus caliginosis sem-  
per obtegatur nubibus: & obdurata ihorrescit gla-  
cie: quicquid ea loca circumfluit oceani a concretis  
undis glaciale pontū appellāt: aut ab eo q; ibi flu-  
ctus interisse uideantur: mortuū mare. tum etiam  
q; sine motu perpetue cōquiescat: Saturnium. Vn-  
de autem oritur sol Eoum. illud autē Indicū uocāt  
Ex quo quidē statim illud ad austrū uersus effūdīt  
quod rubrum siue æthiopicū appellant: ex ea maxi-  
me parte qua uasta quædā solitudo & inhabitabilis  
terræ plaga conspicitur ardentibus semper calori-  
bus exusta. Vex̄ ex hoc oceano multi quoq; ex oī  
parte sinus erūpunt qui cū per medium ipsius ter-  
ræ diffundantur. nostri uero mediterranea maria.  
græci κολλωνος dixere. Ex his igitur sit ille primus  
quem diximus Hesperium uocari: q; ab extremis  
hesperiæ ac libyæ defluens ad pamphylia usq; pro-  
ripitur: Alter uero qui licet sit minor superat tamē  
utilitate. Effluit enī ex eo mari quod diximus gla-  
ciale seu Saturniū appellari: ea potissimum ex par-  
te: quæ Caspia est: & turbulentus efflat boreas: at-  
q; illud efficit fretum quod dicitur Hircanum. Alii

uero qui reliqui sunt: ambo ab austro dilabentes.  
qui superior est in persidē usq; aduersus Caspium  
inuehitur ac persicum efficit sinum: alter autez ara-  
bicum: quod quidem paulatim irrumpens tandem  
in euxinū contrahitur: atq; ex arabico in euxini pō-  
ti nomen cōmutatur. Sunt tamē & alii complures  
sinus: sed quoniam obscuri sunt: nec ulla cū his uti-  
litate cōferēdi. neq; unq; a nostris sunt tentati: ideo  
q; inter mortuos relinquēdi. Verum his ita parti-  
tis redeundū esse ad eos censeo: quos supra quattu-  
or existere cōmemorauī: ut quales ipsi sint: quāue  
obseruent semitam: & quas inundent regiōes: luci-  
dus declarētur. Hesperius igitur sinus: ut ab ocea-  
no incipiam: q; omnes amplitudine ac longiori uin-  
cit cursu: cum multas gentes & ciuitates ac oppida  
illidat multasq; circumfluat insulas & altissimos col-  
les: omnia tamen multarū rerum com meatu & ua-  
rietate replet: spargitq; ubiq; mirabilem ubertatez  
Ipse. n. est in cuius frōte columnas illas ingētes fe-  
runt ab Hercule uulgatissima quōdam fama cōfi-  
xas extitisse ad Atlantis potissimū uerticem atque  
ad Gadium extrema: inter quas una adhuc conspi-  
citur: quæ tota ænea est: ad tantamq; porrectam al-  
titudinē: ut transcendere nubes uideatur: atq; ipm  
quod mirabile est cœlū attingere. Hinc maris hibe-  
rici p̄ncipium exoritur: & propterea ad metam illā  
tanq̄ ad caput quoddam insudasse Hercules dicit:  
q; oīum illarū gentiūz uictor euaserat. At id postea  
cum medium interfluat libyæ ac europæ fines co-

Vbi hercul  
colūna.

Vna ex eis  
ænea & al-  
tissima.  
Mare hibe-  
ricum.



Massilia.  
Mare galli-  
cum.  
Principium  
Italiae.  
Ausoniae ge-  
tes.  
Mare ligu-  
sticum a li-  
guria.  
Leucopetra  
Siculū fretū  
Cyrnus. id  
ē Corsica.  
Mare sardi-  
nium.  
Tyrrhenus  
mare.  
Mons Pa-  
chynus.  
Creta.  
Phæstos &  
Gortyna.

gnosendi etiam utriusque principii argumentū pre-  
stat: cū colūnae ipsae eo modo infixae sint: unaquaeque  
ad litt<sup>9</sup> suū posita. altera quidē europā indicet. alte-  
ra uero libyā siue aphyricam. Tū uero cum in lōgū  
distendatur mare: pfundatque post Galliae paulo  
littora: tandē ad Massiliam usque sinuosis fluctib<sup>9</sup>  
inflectitur: at p̄stino deinde amisso noīe Gallicum  
deinceps appellatur. Postea uero per liguriam dila-  
bens unde italia iā incipit oriri & ausoniae gentes:  
ciuitates illius permultas illidit: qua maxime ad bo-  
ream spectant: atq; inde etiam ligusticum a liguria  
ipsa quam lambit uocatur. Prorumpitq; inde sta-  
tim ad Leucopetrā usq;: quae e regione posita Sicu-  
lo abluitur frero. Tum uero ad Cynnum: q̄ Corsi-  
ca est: atq; inde ad Sardinia influētua: ab ea sta-  
tim Sardinium appellatur. Deinde uero ad austrū  
uersus tyrrheniam uadens Tyrrhenum uocatur.  
Sed cum postea ineuruetur ad orientem solem &  
Sicilia circumferiat iniectam freto piculum trāsfu-  
sumq; deinde Pachynum mōtem atq; ad Cretam  
usq; prumpens: q̄ in amplissimo iam ipsius maris  
spatio inuoluitur: cōfestim sacrā illam & religione  
& uenustate uenerabilem Gortynam ostendit: ne-  
q; minus ipsam Phæston: & si magis intra continē-  
tem sit sita: q̄ quidē cum accliuis sit & retorta ad cu-  
iusdam capitis arietini similitudinem: arietis illā ca-  
put incolae appellauerunt. Tū uero cū iā ad Iapygi-  
am usq; reclinet: atq; inde ad boreā uersus dilatet  
se: adriatici cōfestim nomen adoritur: ac rursus

ad hesperiam ceteriorē: cōflexus ionium efficit ma-  
re: ex quo geminae e conspectu regioes positae sta-  
tim aperiuntur: Quarum altera quae ingredienti-  
bus ad dextram est sita. Illyrica dicitur: alteta uero:  
q̄ ad sinistram cōspicit: ipsa est Ausonia: q̄ quidem  
cum ex ipsa sit tanq̄ ingens quidam Isthmus extē-  
sa per continentem triplici quoq; occluditur mari  
Tyrrheno scilicet & Siculo: atque hoc quod nuper  
dixim<sup>9</sup>: adriatico: Quoꝝ unum quodq; a suo uen-  
to deposcit motum: ut qui ad alienas mereantur re-  
giones tuto possint e portu euadere. Nā tyrrhenū  
zephyꝝ deposcit. Siculum uero agitur notho: & a-  
driaticum euro. Sed cum a Sicilia quod siculum ē:  
in Lybiam uersus irrumpat: meridianasque mun-  
det Syrtes: altetum statim incurrens mare: & si am-  
plius sit illud & latius: totum tamen illud euertere  
funditus uidetur. Verū quod interius: cum imbe-  
cillem habeat aditum: alterius a longe irrumpētis  
accipiens fluctus: tanto plerūque cū impetu inuol-  
uitur: ut ex monticulis fluctus qui a Creta prorū-  
punt: rursus ad oriētem uersus atq; ad Salmōidos  
usq; uerticē residant: quē dicūt summū ipsi<sup>9</sup> Crete  
caput oriētalis: Sed tū maxie hae duo maria ita fre-  
mere ac cōcertare iter se uidētur: cū impellūtur ab  
ismarico Borea: q̄ eruere e cōspectu cōsueuit. Hoꝝ  
p̄mū nauae Phariū uocat: qd̄ qdē usq; i postremū  
Casis mōtis angulū cōtrahitur. Sidonium uero al-  
terū: qd̄ ubi tractū p boreā i interiora distēditur ter-  
ra: atq; Issicā regionem illidens Issicum statim ap-

b ii

Iapygia.  
Mare adria-  
ticum.  
Ioniū mare  
Illiria & Au-  
sonia regio-  
nes.

Tyrrhenus  
zephyrū:  
Siculum  
notum: &  
Adriacū eu-  
rus uolūt.  
Syrtes ad  
meridiem  
positae.

Boreas Is-  
maricus.  
Phariū ma-  
re. Cassis  
mons.  
Mare Sido-  
nium.



Issica regio:  
& mare Issicum.  
Pamphylia regio.

Aegeuz mare fremens  
& stridens  
præ cæteris ac periculofum.  
Tenodus:

Angustum mare Bosphorum mare.  
Vbi Io. i bouem conuersa est.

pellatur: nec inde multo longius apud Siciliam conuersum conuiuiscit. Tum uero obliquis reiectum in boream fluctibus: tanquam serpens quidam inflectens se: atque in plures contorquens sinus Pamphylia lambit. Sed cum ad chelidonioꝝ usque puenit insulas zephyri signum capit summitateꝝ patareidos uerticis degens a longe. At rursus ad boream uersus Aegeum efficit mare: cuius contracti exitus sparsis insulis fluctus adeo & ipsi plerumque strident & fremunt: ut nullum aliud esse mare credatur quod maiores efferat motus: neque periculosiores: neque quod magis ab alto imurmuret. Tum uero ad Tenodum usque progrediens tanquam ibi postremum infigat pedem: & tantæ tedeat amplitudinis: obliuiscaturque eius ferocitatem in angustum delapsam alueum noua paulatim induitur forma: & aliud sibi hac fortuna nomen acqrit. Nam neque ægeum amplius dicitur: neque pamphylicum: neque cilicum: sed angustum mare eousque quo ad hostium Thracis Bosphori puenit: quaque ferunt. Io. Iunonis moecham cum in bouem fuisset mutata: illius consiliis enata esse. unde & Bosphoron mare est appellatum. At ubi primum in angustum illum alueum ingeritur: distractum paulatim ad boream: demum intra uniuersam usque propontidem irrumpit. Circa quam prope ex Asia gentes eolunt sparsæ passim per continentem: quæ tanquam Isthmus quidam ad austrum uersus: late longeque iniectus per medium extenditur. Verum cum ad ipsum applicuerit bosphorum: in angustiorem longè

se contrahens formam: angustissimum illud omnium efficit fretum. In quo etiam mirabile quiddam conspici traditur: impudentes quasdam petras per medios fluctus errare: atque intra se cum sonitu & murmure coniungi copularique. Tum uero inde paulatim diffusum ad orientem solem paulopost in amplissimum distenditur æquor. Nonnullæ etiam ipsius semitæ conspiciuntur: quæ partim ad orientem uersæ: partim ad boream inflectuntur: quæ inter duo eminent promontoria ex una utraque radice porrectæ: Quorum alterum ad austrum quod uergitur: Charambum appellant. Alterum uero: quod in boream flebitur europam uersum a fronte hirta & retorta arietis & ipsi uero frontem uocant. Hæc etenim promontoria: licet ad inuicem e regione posita sint: atque a longe uideantur de se se cohærere: tamen inter se distant: quantum posset in ueris tribus diebus nauis percurrere. Tum uero inde conscindi hoc mare uidetur: efficique per simile emicyclo cuidam: atque una quædam in pontum dilabi: altero in mæotida distendi. Quod autem medium est: id certe charambidis est: cuius ad dextram recta in pontem aperitur proficiscentibus uia. A leua autem frons illa quæ ab ea parte erigitur signum in mæoticam extollit: quæ cum in bicornem inflectatur formam: haud prorsus dissimilem arcuum cornibus: nec perperam id nominis est consecuta: neque frustra etiam in mæotim ostendit: postquam illius undis continue illidatur. Hæc est palus illa quam circum incolunt Scythæ: quam uero poti matrem ap

Quid mirabile.

Charambum & Fōsarietis: promontoria.



Cimerium  
bosphorū

pellant: ob id maxime: q̄ multa inde in eū effluat  
aqua distracta potissimū ex Cimerio bosphoro: at  
que ex multis aliunde locis quæ adeo ex omni pte  
paludem replet ut non possit intra sua labra cōtine  
ri. Circa quam multæ quoq; ex Cimeria gentes te  
nent: q̄ sunt sub frigidissimo pede tauri positæ.

Libyæ de  
scriptio

Libya cuius  
dā mensæ  
formā ha  
bet.

Aethiopes  
& Erembi  
populi.

Mauritiæ  
columnæ

Numide po  
puli. Mas  
syla urbs.

Gens massi  
liorū agre  
stis: cui nu  
lla agricul  
turæ inest  
cognitio:

Ostq̄ tripartita tellure ac de oceanī ipsi  
p sinu & ambitu: tum etiā de illius finibus:  
ac nominum uarietate dixetim. Nuuc de  
terræ situ ac forma dicēdum deiceps arbi  
tror: & p̄mo a libya ut antea incipiēdū. Libya igitur  
ad austrum uersa: & ad orientē solem mensæ cuius  
dam per similes. a Gadibus ubi summitas oceani al  
tior conspicitur: initiū capit: atq; in arabicum usq;  
ptenditur mare: eāq; regionē attingit: quæ cū ad  
Asiæ extremā posita sit: æthiopes partim qdē: par  
tim & Erembos parit. Hæc. n. cū homines gignat  
uarii ingenii maculatos: ut pardi: etiā græci eam  
appellauerunt: magna siqdē ex sui parte si  
ticulosa est admodū & aspera regio: nigrisq; pas  
sim quasi quibusdā obtecta squamis. At reliquus  
ipsius tractus: qui usque ad mauritaniam extenditur  
colūnas: lōge humāior est & lætior ubertate. Huic  
uero p̄p̄inqui sunt Numidæ: ac deinde Massyliorū  
q̄ gētes: a quibus ferunt olī Massylia cōditam. Agre  
ste quidē hoīum genus: quibus nulla esse prorsus  
cognitio colendi agri dicitur: nec ullus aratri usū:  
sed solum per siluas & saltus errantes ferarum mo

re glandibus & uenatione uesci. Verum his pro  
ximi sunt carthaginenses: quorum ciuitas pulcher  
rimum in arcuat: quam ferunt olim a Didone: cum  
ex phœnicia discessisset: ad mensuram pellis boui  
næ conditam extitisse. His deinde adiacent Syr  
tes: quæ intra sunt continentem. Sed ad orientem  
uersus Asiæ conspiciuntur: longe ampliores: diffici  
limisq; infestiores harenarum profusionibus: ubi  
etiam æstuante Tyrreno: cum cedere iam incipit  
tanta plerunq; conflata congeries conspicitur:  
ut ingentes quædam moles illuc allatæ paulatim  
ab undarum fluctibus uideantur. Sed illarum in  
ter prope medium ciuitas una posita est: quam  
olim græci Neapolim dixerunt: sed a Lotophagis ha  
bitatam: quam quidem gentem ferunt hospitib;  
ac peregre proficiscentibus per benignam ac clæ  
mentem extitisse: eamque olim errantem Vlyxem  
humane ac comiter excepisse. Circa quorum re  
gionem habitacula quædam prope deserta conspi  
ciuntur: perditis prorsus populis Nasamoniis: qui  
antea incolebant ea loca: & quos tradunt ab Auso  
nio Iouis filio fuisse interfectos: & omnino deletos  
cuius patrem contempserant. His Asbystæ ad  
iacent intra maxime continentem: ac templum il  
lud uulgatissimum Libyci dei medias quidem in  
ter harenas conditum. Tum etiam Cyrene ciui  
tas bonorum quidem equorum ac uelocium pa  
rens: & Amyclæorum uero hominum uetustissi  
ma sedes: iuxta quos Marmaridæ positæ ad Aegi

& glande  
uescitur.

De cōstru  
ctiōe: seu e  
dificatiōe  
Carthagi  
nis.

Vbi adiacēt  
Syrtes.

Neapolis  
ciuitas in  
ter Syrtes  
sita.

Lotophagi  
populi ho  
spitibus  
benigni.

Asbystæ po  
puli.

Temp' uzi  
byci dei iu  
ter arenas  
condituz.

Cyrene ciui  
tas bonorū  
equorum  
parens.

Marmari  
dæ populi



Gætuli & ne-  
grites po-  
puli.

Pharusii.

Garamâtes  
& æthio-  
pes populi  
Blemii po-  
puli.

Ortus nili:  
q̄ & Sirus  
dicitur.

Siēis ciuitas  
Nilus septē  
hostiis in-  
trat mare.

De laudib⁹  
Nili.

Libyam ab  
Asia diui-  
dit Nilus.

De laudib⁹  
ægypti &  
ægyptiorū

ptum uersus: & Gætuloꝝ gētes: atque qui ipsis ad  
hærent Negrites. Tum uero Pharusii: nec a pha-  
rusiis longe admodum Garamantes. Postremi ue-  
ro omnium æthiopes ad ipsum quidem oceanum  
coniecti ac prope extrema temperie. S; e regione  
ubi Blemii colunt: rupes quædam exurgit: ex qua  
delabitur nilus. Qui cum ad Aethiopes oriētem  
uersus fluat: ab eis Sirus est appellatus. Tum uero  
usque in Aegyptum dilabens cum ad Syenem us-  
que ciuitatem puenerit: ab illius incolis: nilus statim  
inceptus est uocari. Inde uero in boreā uersus mul-  
tasq; tandem per partes diuisus hostiis septem in  
mare deuehitur uniuersam irrigās Aegyptum: ac  
eam undique replens mirabili ubertate. Nec pro-  
fecto quispiam alius est fluuius in orbis parte: qui  
aut magnitudie: aut aquarū copia: aut utilitate pos-  
sit cum illo conferri. Ipse ē etiam: q̄ terminus libyæ  
est: atq; eam ab asia seiūgit ad aphricam q̄dem seu  
ad austrum libyam relinquens: & ad orientem Asi-  
am. Ipsa ē enim Aegyptus illa quæ semp summos  
uiros uarii atque mirabilis ingenii produxit. Aegy-  
ptios enim p̄mos fuisse traditur: qui uiuēdi formā  
morumque disciplinam præstiterunt: primosque  
omnium aratrum inuēisse: & sulcasse terram: ac in-  
iecissemina ferunt. Tum etiā primos qui coelum  
radio fuerunt dimēsi: & solis ip̄ius cursum obliquū  
excogitauerint: Quiq; hanc primū terre cognitio-  
nem aperuerint. Ex quibus oībus ipsa regio haud  
mediocrem laudem est consecuta. Neq; p̄terea ul-

la alia est: quæ illam regē omnium ubertate superet  
neq; quæ ad pabulādum sit fertilior: neq; quæ uin-  
cat illam ædificiorum excellentia & magnitudine.  
Forma. n. ex ipsius extremis lateribus. Ampla qui-  
dem ad boream uersus: sed ad orientem angustior  
porrigiturq; usq; ad Syenes decliuū: uallataque un-  
diq; binis montibus: quorum per medium difflu-  
it Nilus. Ipsa est: quæ olim plures clarissimos: ac p̄-  
potētes peperit uiros: ac tot principes extulit: & po-  
tissimum quod uetustissima illa Thebe centum q̄-  
dem per portas digesta in gloriosissimam lucem p̄-  
tulit. Vbi olim ferunt Memnonem illum regem p̄-  
spicacissimum suam exorientem auroram sæpius  
salutasse: quæ ut eos aluit: qui Heptapolim medi-  
terraneam colunt: & qui ad littora australis maris  
Serbonida paludem uers⁹ sunt admoti: ubi ad ze-  
phirū sita est ciuitas illa: quæ olim ab Alexādro ma-  
cedonum rege fuisse condita dicitur ubi etiam tem-  
plum illud extat mirabile Iouis Sinopitæ famosissi-  
mum quidem: atq; etiam preciosissimis uariisque  
metallorum generibus elaboratum: Quo ferunt  
nullum unquam in terris uisum maioris excellētiæ  
neque maiori admiratiōe dignum: nec ullam ditio-  
rem ciuitatem: neq; omnibus in rebus fortunatio-  
rem. Vnde a longe quoq; uenientibus speculæ ille  
uulgatissimæ conspiciuntur speciosæ Pallenidis.  
Tum uero ad oriētem uersus iuxta Cassiotidis ru-  
pem Pelei oppidum erigitur: Cuius incolas ferūt  
adeo nauigandi peritos: ut a cæteris libycis nō hu-

De forma æ-  
gypti.

Thebe cētū  
portas hñs.

Ciuitas ab  
Alexādro  
cōdita: id ē  
Alexandria.  
Tēplū iouis

speculæ pal-  
lenidis.

Rupes Cas-  
siotidis.



Oppidū Pe  
lei: cuius īco  
læ nauigādi  
pitia clarent

Ripæ Trito  
nidis lacus

de forma eu  
ropæ.

hiberi popu  
li elatissimi  
Britanni: &  
germani bel  
licosī.  
Salt⁹ eqn⁹

mani: sed diuini iudicentur. Sunt. n. ad hostia posi  
ri septem plicis Nili. Alii sunt præterea passim po  
puli & gentes q̄ plurimæ in ipsa regiōe quorum q̄  
dam ad oceani litrora sunt reiecti: Quidam etiam  
intra continētem. qui illam multitudine & edificio  
rum excellentia replent. Per multi etiam circa Tri  
tonidis lacus ripas incolunt: qui per mediū quoq̄  
libiæ dilabens in pontum usq̄ perfunditur.

### Situs Europæ.

Equitur nūc Europæ situs: cuius quidē  
s forma nō multum a Libia differt: nisi qd̄  
ad septentrionem uersa rursus ad orientē  
eodem modo reflectitur: & finem attin  
git australis libiæ. atq̄ ambo in Asiam æque se ha  
bent. Hæc quidem extremum ad boream uestigiū  
tenens: illa uero ad Austrum. Verum ut de eius ap  
tiori forma dicamus: ipsa eiusmodi sita ē: ut in ei⁹  
frōtib⁹ quasi cuiusdam coni figuram facere uidea  
tur: cum ad occidētē solem exacuat⁹: q̄ maxime  
& ad orientem uersus aplissime dilatatur. Id æque  
ipsius fines: quales sint: & quorsum p̄grediantur:  
quas ue ipsæ gentes & nationes intra contineāt: fa  
cilius aperietur. Itaq̄ a sup̄mo ipsius latere incipiā:  
quod usq̄ ad herculis columnas p̄tenditur. Hiberi  
p̄m iea loca tenent: genus q̄ppe hoīum elatissimū.  
Tum uero ad boream uersus Britanni occupant  
deinde Germani: quorū corpora cum & sint candi  
da & ppulcra: bellicosa etiam sunt a natura: eamq̄  
maxime regionem tenent: quæ circa equinum sal

tum ē sita. Nec lōge boia emergit regio lata & diffu  
sa. atq̄ a bouinæ pellis similitudine sic appellata: deī  
de uero ad pyrrheneos montes uersi usq̄ ad Erida  
ni fluenta Celtæ colunt: ubi ferunt Heliades sor  
res dolore afflictas Phœtontis fratris interitum tā  
diu deplorasse: ut mortuæ omnes in alnos tandem  
arbores lachrymantes adhuc conuerterentur: ea  
rumq̄ lachrimas a Celtis qui ea circumhabitant lo  
ca sæpenumero emungi: cum in aureum uertātur  
electrum & tanq̄ lapides durecant. Deinde uero  
sequitur Tirrhenia: ubi ad orientem alpes incipiūt  
extolli: ex quibus nimirum Rhenus amnis latissi  
mus exoritur. Sed primo q̄ ad tyrrheniam trans  
uehar: primo mihi dicendum erit de Rheno ipso:  
& quorsum protendant eo uersus ipsius Europæ  
fines. Rhenus igitur cum ex alpibus illis erūpat:  
Germanos p̄mo a Celtis interfecans in borealē us  
q̄ oceanum amplissimo alueo decurrit. Sed p̄us q̄  
mare attingat ex eius fontibus intra Suenos p̄cre  
ans Ister uniuersam prope regionem illam merca  
toribus nauigabilem reddit. Hic enim Ister cū ad  
orientē uertitur: multis aliis infusis fluminibus cō  
ualecens: spumofus tandem & obtectus caligine p̄  
pe Peucen per quinq̄ ingentes alueos in Euxinū  
proripitur. Qua se ad Boream reflectit: multas  
ac uarias nātionēs irrigat: quousque ad hostium p̄  
uenerit Mæotidos paludis. Nam Germanos pri  
mum plambens: Sarmatas deinde secat. Tū uero  
Getas ac Basternas inundans: qui ad oceanū sunt

Boia regio  
ū de diēta sit  
Montes pir  
rhenei.

Celtæ po  
puli.

Eridanus  
fluuus.  
de sororib⁹  
heliadibus  
arbores con  
uersis.

Tyrrhenia.  
de ortu rhe  
ni fluuii.

De ortu flu  
minis Istri:  
qui & Danu  
bius appella  
tur.

sarmatæ: ge  
tæ basterne  
daces. alai &



Tauri popu  
li.

Melanchlæ  
ni. Hippe  
mologi.  
Neuri. hip  
popodes.  
Geloni. &  
Agathyrsi  
populi.  
Borystenes  
fluuius.  
Aldescus &  
penticapes  
fluuii ex  
Rhipæis  
montibus  
oriuntur.  
Vbi oritur  
Electrum.  
Vbi oritur  
Adamas.  
Gerræ.

uerſi: Dacibus facultatem adauget neq; minus ad Alanos & Tauros præterfluens omnibus nauigandi per continentem facultatem præſtat. Qui quidem Tauri excelsum illum qui Achillis cursum inhabitantes: angustum sane terræ spacium licet oblongum ad paludis usq; ripam pertingūt: quibus contermini sunt ipsi quos diximus Alani: quorum regio equorū multitudine exuberat. Sed his cum admotifint Melanchlæni & Hippemologi tum ēt Neuri & Hippopodes ac deīde Geloni & Agathyrsi: mirum est q̄ innumerabili uariæ gentium multitudine replent undiq; illam prope extremam europæ partem. Vnde Borystenes fluuius dilabens e conspectu arietis frontis directeq; aduersus Cyaneas in Euxinū dimergitur. Inde & Aldescus quoq; & Penticapes ex Rhipæis dilapsi montibus immurmurant. Quorum fluenta cum glaciali appropinquarent pelago (Nā eo uersus deferuntur) splendidissimum quoddam deducunt Electrum: quod haud quaquam dissimile rutilanti lunæ uidetur cū primum incipit oriri. Pariunt & Adamantem lapidem. Sed cum Agatirfos lambit: nam ex omnibus magis obnoxii sunt boreæ: cæterum ad austrum Gerræ tenent & Norici: Tum etiam Pannonii & Myli & Thraces: Sed Myli magis q̄ Thraces ad boream uertuntur. Qui quidem Thraces late p̄ amplissimā regionem diffusi p̄tim ad latus Propontidos maris colunt: p̄tim ad Hellepontū cōiecti: p̄tim etiā ad Aegeum tenent: ubi circa excelsa melli-

fluæ Pallenæ Asterius lapis gignitur haud dissimilis flagranti stellæ aut exurenti flammæ: a qua stellæ similitudine uocatus est. Sunt & aliæ q̄ plurimæ gentes sub hac cæli parte cōstitutæ: quæ omnes circum habitant Istrum: atq; ex eo nō mediocrem nauigandi cōmoditatem aucupantur: quorum nomina superfluum esset paetire. Reliquuq; erit igitur: ut nunc de alia Europæ parte dicam: quæ tribus ex tenſa marginibus usq; in oriētem progreditur. Eaz enim partim Hiberi tenent partim Græci partim Itali Verum ultimus Iberiæ terminus oceanum lambit: ubi potissimum una ex columnis conspicitur a libe iniecta quam infra Tartessus mons erigitur: cuius regio copiosa ē admodum & fertilis. Huic Cempsii adherentes ad Pyrrhenei usq; mōtis radices tenent. Hinc uero sequitur Italia: quam mōs quidam elatus admodum & extensus ut stathera per medium secans: atq; illam ab omni latere circū sepiens miro quodam ornamento & insuperabili prope munimine uallauit Nullus unq; architectus cū uiderit poterit negare q̄ extiterit Mineruæ opus ad regionis illius decus & munimentum: quo quasi corona præcingit. Illum incolæ Apœninum uocant: qui ab alpibus illis inchoans: qui citeriorē galiam ab ulteriori separant septentrionem uersus in Siculum usq; protenditur fretum. Multæ intra incolunt gentes ac permulti populi: quorum nomina haud facile possent a nobis explicari. Verum primi sunt Tyrrheni ex ea maxime ipsius pte quæ

De Asterio lapide.

de alia parte Europæ.

Hiberi. Græci. Itali.

Columna a Libe iniecta Tartessus mons.

Cempsii populi.

Pyrrheneus mons.

Mōs Apœninus.

Tyrrhæi populi.



Latini glori-  
osum genus  
hominum.  
Tyberis flu-  
uius.  
Hostia.  
Roma.  
Campania.  
Aedes Par-  
thenopes.  
Collis Sire-  
nidos.  
Lucani, Bre-  
tii.  
Leucope-  
tra.  
Locri popu-  
li.  
Alex fluuius  
Metaponti-  
ni populi.  
Sarum flu-  
men.

intra boream & zephyrum est sita: quibus gentes  
quædam pelagæ quas. q. ex Cylene in Italiam trañ-  
cientes cum ipsis Tyrrenis illic ferunt consedis-  
se. Proximi his sunt Latini gloriosum hominum  
genus: soliq; ubertate ac ingeniorum excellētia fœ-  
cundum: cuius per medium decurrens Tyberis u-  
niuersamq; illam irrigans regionem a propinquo  
tandem mari placidissimo sinu apud Hostiam exci-  
pitur fluuius qdem cæterorum omnium princeps  
& imperator: qui clarissimam illam & præpotentē  
intersecat Romam nostrorum regum domiciliuz  
atque omnium aliarum regionum caput. Huic ue-  
ro proxima est Campania regio læta: atq; omniuz  
copiosissima: ubi & ædes uisuntur pudicæ Parthe-  
nopes: quam dicunt ex freto illo benignissime fuis-  
se susceptam. Ad austrum autem uersus sub Sire-  
nidos colle flumen cōspicitur Surrhentini Silari:  
quem iuxta Lucani & Bretii tenens usq; ad Leuco-  
petram partim gētes. Inde uero ad boream ubi pri-  
mu3 caphiri summitas eminent Locri positi: Qui  
cum olim in Italiam ex Attica concessissent: ferunt  
eos loci amœnitate captos cum indigenis homini-  
bus amicitiam & societatem coniunxisse: ciuitate3  
q; ibi conditam suo nomine appellasse. Quorum  
adhuc extat genus prope Alecis fluminis decursū.  
Tum uero Metapontini adiacent: nec longe ab eis  
circa Sarum flumē Crotōæ florentissimu3 conspicit  
oppidū: Vbi gloriosū illud lacinia Lunonis tēplum  
conditū extat: atq; infelix Sybaris deplorasse dicitur

ob iratū Iouēu aduersus ipsius ciues: q; fuisset ad  
modū debacehati in Alphei sacris. At Sānitæ de-  
de positi intra magis cōtinentem atq; Marli: q uelo-  
citate pedū plurimum ad cursum pstant. Tarenti-  
ni uero ad littus reiecti ibi oppidum tenent Amy-  
deotum olim interitu conditum: Quibus propin-  
qui Calabri Iapygū. q. gens: quæ quidem usq; ad  
Hyrum protendens: quod mari adiacet. Vnde Ha-  
driaticum fretum iā incipit ad Aquileiam atq; Ter-  
gestinorum oppidum contrahi: quod ad extremū  
ipsius positum est. Sed ad orientem cum inde se in-  
flectat: Liburnorum primo littus lambit: ac dein-  
de uniuersam illorum regione3 illidit uastis oppres-  
sam tenebris quantacūq; est: quæ adiacet Isthmo.  
Bulimeorum quoq; perfricans margines per imen-  
sum statim diffusum alueum extenditur ac Illyri-  
cos primū irrumpit: atq; ad Ceraunios usq; altissi-  
mos montes inuertitur: quibus in locis monumē-  
ta quædam in spiras cōtractas uisuntur: quæ ferūt  
Cadmi & Hermionæ uxoris eius extitisse: q cū am-  
bo iam decrepiti essent: ac longe admodum confe-  
cti senio ab Ismeno illuc concessissent ibi in serpen-  
tes fuisse mutatos: ubi etiam aliud cōspicitur mira-  
bile. Nam duæ utrinq; cōfixæ sunt columnæ: quæ  
quotiēs aliquid iminet aduersi uicinis hominib3:  
ambæ statim inter se colliduntur: ut conflictari ui-  
deantur. Ad austrum uero uersus sub ipsa prope  
Thracia: supraque Horitiam græciæ tellurem: ps  
illa: quam Helladem uocant: initium capit ascensu

Samnitæ  
populi.  
Marli popu-  
li.  
Tarentini po-  
puli.  
Calabri un-  
de orti sint.  
Hyrum.  
Principium  
Hadriatici  
maris.  
Aquileia.  
Tergestini.  
Liburni po-  
puli.  
Bulimeii.  
Illyrici.  
Ceraunii  
montes.  
Monumēta  
Cadmi &  
Hermionæ  
uxoris.  
De porteto  
colūnaruz.  
Thracia.  
Horitia.



Pelopis insu-  
la: q̄ & pe-  
lopones<sup>9</sup> di-  
citur.

Alpheus.  
Messeni<sup>9</sup>.  
& Eurotas  
amnes.

Scopul<sup>9</sup> ery-  
manthi.  
Arcades po-  
puli.  
Melas Cra-  
tis & Iaon  
fluuii:  
Argiui & la-  
cones po-  
puli.  
Sacronida

quidem difficili ac duplici pelago periculosa. Nam ægeo & siculo freta duobus præterea agitur uentis quorum alterum appellant Hesperium: siue Siculum: qui & zephirus est: alterum Eurum qui efflat ab Aegeo. Deinde sequitur Pelopis insula: quæ & peleonnesus dicitur: cuius quidem forma haud longe distat a platani folio. Nam lata est ab initio: & in acutum limitem protenditur. A summo enim boream uersus angusti cuiusdam quasi Isthmi uidetur figuram præferre: atque cum Hellade mutuo firmari ac coniungi uestigio. Vallatur tamē ex omni reliqua parte maritimis fluctibus ubi ad zephirum uersus Triphalidos tellus sita: iocundissimis Alphei undis abluitur: qui quidem cum intercidatur fluente Messeni Eurotæ abo: non ex mari aliquo uidetur effluere: sed ex imis nasci terræ ipsius uisceribus. Vex & Alpheus Clitorum terram secat. Eurotas autem per Amyclæos dilabitur. At circa insulæ medium intra conuallem sub Erymanthi scopulo Arcades tenent. Vnde & Melas amnis & Crathis & Iaon fluunt: Tum etiam antiquus ille Ladō exoritur. Proximi uero his argiui & lacones: quorum regio altera quidem ad orientem spectat: altera ad austrum. Huius autem isthmila tera gemino constat pelago collidi. uno quidem ad occidentem uersus: altero ad auroram: quod usq; ad ea loca contrahitur: quæ Saeronida uocant. Verum e conspectu ipsius Isthmi: quem peloponnesum diximus: ad eam partem uersus: quæ ad orientem spectat: posita ē

Attica regio clarissimorū hoīum & excellentissimorum ingeniorū parens & nutrix: quam diuinus ille amnis Ili<sup>9</sup> plabit. Vnde dicūt olim boream suam Orithiam rapuisse: ubi Boetes siti & Locris. Tu<sup>3</sup> uero thessalia & macedonia ea in parte emicant: unde Emei thraci niuosi uertices conspiciuntur. Sed e regione ad zephirum Epirus Dodonea late ad modum longēq; distenditur: & ad austrum Aetolia: cuius per medium Achelous amnis fluēs in trinacriæ usque fretum argenteis arenis dilabitur insulas illas secans: quas Echinadas uocant: quibus prima sunt Cephalenorū oppida: sed ad orientem uersus Phocis est sita: Atq; in boream uersa usque ad thermopylarum hostia sub niuoso potiissimuz Parnasi uertice protenditur: Cuius per medium zephirus amnis e rupe defluens propinqua arua perpetuis fontibus irrigat. Tum uero Phitonis sequitur tell<sup>9</sup> miris quibusdam & inconsuetis odotibus fragrans: ubi draco ille delphicus ad Ditripodes intra parietes templi prostratus iacet adhuc multis horrendis squamis: ubi ferunt Apollinem ipsum quotiens ex Mileto aut ex Claro insulis proficiscebatur: plerunq; insidere consueuisse: atque eius illic deaurata pharetræ uincula dissoluisse. Hæc erunt igitur: quæ de europæ regionibus & situ dicere q̄ breuissime potuimus.

### De Insulis Europæ.

d

attica regio.  
Ili<sup>9</sup> amnis.  
Boetes  
Thessalia &  
macedonia.  
Epirus.  
Aetolia  
Achelo<sup>9</sup> flu-  
uius: habēs  
arēas argen-  
teas.  
Echinadæ i-  
sulæ.  
Oppida Ce-  
phaleonorū  
Phocis.  
Mōs parna-  
sus.  
zephisus flu-  
uius.  
Phitonis tel-  
lus.  
de delphico  
dracone.







Liburnides.

Ampracia  
insulæ.  
Corcira.

Nericia tel  
lus: Vlyxis  
patria.

Aegyla. Cy  
thera. & Cal  
uaria.  
Carparhos.  
Creta.

Ida silua fa  
mosa.

Vbi Minos  
imperauit.  
Rhodos co  
lōia lalyfiogæ

mæ mulieris. Deinde ad oriētem uersus longe ille tractus aperitur insularum Absyrti: quo quondā homines ex Colcho profectos irrupisse dicitur: dū fugientem Medeam prosequerentur. Ac deinde Liburnides sitæ. Ad austrum aut uersus post Ceraunii montis prærupta insulæ quædam obiiciuntur quas Ampracias nocant. Tum etiā & Corcyra conspicitur insula fertilis & copiosa ac ueteris illius Alcinoi clarissima. q. & spectatissima regio cui maxime adiacet Nericia ithace tellus optatissima & ipsa olim Vlyxis patria: Compluresq; aliæ passim cōspiciunt: quas Achelous amnis a Chalcide fluens circum pfundit & irrigat: Multæ quoq; aliæ ad boream uersus: quarum una est Aegyla: & Cythera altera: & Caluaria reliqua atq; ad aliam conuersa partem quæ respicit ad occidentem Carpathos: Nec lōge ab his sita est Creta insula perpulchra & fecūda nutritrix. q. louis magni: ac frugū ubertate & pasciūf copiosissima: meracissimoq; inundans uino: in qua Ida famosissima quidem silua exoritur referta fragrantissimis eupressis. Ciuitates habet complures & prouincias nō nullas: quibus antea senex ille Minos imperitabat. Huic deinde obiecta est Rhodos insula: & ipsa ab ægyptiis. q. condita & lalisyorum pulcherrima colonia. Verum ad orientem uersus Chelidoniæ sitæ: Tres enim sunt: atq; Patareidos obiectæ uertici. Tum uero & Cyprus intra Pamphylia sinū sita gratissima olim regio ueneris Dionæ. Nec longe a Phœnicia posita est Dyados itra

iplius amplissimū spacium: ac in conspectu Suni ados collis supra abantes Salamina conspicitur: & Aegina: ubi mirabilis quædam Aegei maris altitudo apparet: tametsi innumerabiles pcne in eo insulæ coniecte: quæ miro quodam iter se ordine ita disponuntur: ut arte potius quam natura constitutæ uideantur. Procedunt enim usq; ad Hëllespontum: in quo quidem a leua potissimum ubi europa conterminat Sestos est sita: & Abydos a dextra illi prorsus e regione posita: ad alteram partem ubi & Asia incipit extensæ ambo in boream. Sed ad Europam uersus Macris erigitur ab Abantibus olim condita. Tum etiam quæ maxime uentis infringitur Scyros ac Peparethos. Nec longe ab his Lemnos Vulcani. q. regio: & antiqua illa Thasos cereris cultrix. Tum etiam & Imbros: unde statim Thracia illa & peruagata emicat Samos uetus olim Lyrbantum colonia. Quæ uero primā Asia frontem renent circumfistunt Delon: ab ea circuitione Cyclades a græcis sunt appellatæ. Veruz omnes Apollini dedicatæ sacra illi & choros agunt nouo potissimum instante uere atq; eo tunc cū incipit e montibus luscinia canere. At insulæ ipsæ sparsæ passim ui sunt intra pelagi ipsius cōfinia sinū tanq; quædam in tranquillo ac sereno cælo stellæ cōstitutæ. Quibus propinquissimi sunt Ionides: ubi Caunos ē & Samos ipsa gratissima olim Iunonis pelasgidos sedes. Tuz ē Chios sub excelsi Pelmei mōtis radicibus posita: ac deide Aeolidū insularū rupes Lesbos scilicet & Tene

Salamina.  
Aegina.  
Aegeū mar.

Sestos. Abi  
dos.  
Scyros. Pe  
parethos.  
Lēnos Vul  
cani regio.  
Thasos cere  
ris cultrix.  
Imbros.  
Samos.  
Delon.  
Cyclades.

Ionides. Ca  
unos. & Sa  
mos.  
Chios.



Melas &  
Colphus  
amnes.

do e medijs eriguntur fluctibus: ex quibus Me-  
las & Colphus amnes in hellepontum dilabun-  
tur: Inde uero ad boream uersus propontidos ma-  
ris fluctus undiq; aperiuntur & dilatantur: ubi ad  
aditum prope Euxini maris ad sinistram uers<sup>9</sup> alia  
quædam conspicitur insula famosissima quidem  
olim sedes Maximorum Heroum. Nam ferunt ibi  
Achillis animam ac cæterorum fortissimorum ho-  
minum inter montium illius prærupta uersari: hu-  
iusmodique gratiam tales uiros a dijs dono ob eo-  
rum uirtutem consecutos: ut immortales efficeren-  
tur: cum ipsa uirtus immortalis sit: & immortalem  
consequi gloriam sit necesse. Eam enim ob id q<sup>d</sup>  
pecora omnia cædido uellere pariat: græci Leucam  
appellauerunt. Nec multo ab ea longe alia quædam  
erigitur: ampla quidem & magno quodam dimen-  
so tractu: quæ in Cimerium bosporum recta na-  
uigantibus uia præ cæteris occurrit e regione Mæo-  
tidos paludis ad dextram sita: Ea enim est: in qua  
conditæ sunt Phenagora & Hermonassa ciuitates:  
quas & qui condiderunt Ionii colunt. Sed hæ sunt  
omnes insulæ illæ quæ intra hæc mediterranea ma-  
ria fama & celebritate aliqua potuerunt ad cognitio-  
nem nostram peruenire. Veruntamen quæ in am-  
plissimo coartantur Oceano: cum sint complu-  
res neque magnitudine neque fama nostris infe-  
riores: eas prætereundas esse silentio indecorum fo-  
re iudicauis.

Leuca.

Phenagora  
& Hermonas-  
sa ciuitates.  
Ionii populi

**p** Rimū igit de illa dicā quæ in medio Ath-  
lantico sita a græcis ē Erythea uocitata: cū  
ppulchra sit illa qdem & armentorū copia  
refertissima: tātaq; aeris benignitate p̄dita: ut hoīes  
pariat otinētissimæ ac pene immortalis uitæ: cū diutis-  
sime uiuāt. Eam uicini æthyopes. q. icoluere: quos  
ferunt illuc cōcessisse interēpto ab Hercule Geryōe  
Sed ad sūmum Europæ uerticez: quem sacrū inco-  
læ uocant: famosissimæ illæ Hesperidum insulæ con-  
spiciunt: Quas nō frustra fabularum est aurea po-  
ma produxisse: euz plurimo auro ditissimæ sint atq;  
omnium prope metallorum genera pariant: Eas ui-  
cini quoq; hiberi tenuerunt. Nec longe ab his ad-  
modū sed magis ad boream uersus Britannorum  
insulæ uisuntur cōtra potissimum Rhēi hostia: am-  
plissimæ qdem: & quæ cæteras omnes magnitudi-  
ne superant: neq; quauis alia diuitiarum copia aut  
armentorum multitudine & uarietate aut homi-  
num genere inferior. Ibi enim stanni & plumbi &  
multiformis æris materia ex terræ uisceribus q̄ fa-  
cillime eruitur: Auro etiam & argento plurimum  
pollent. Inter cætera quæ pariunt armēta pecudes  
habent tā mollissimo indutas uellere ut ad aranea-  
rum similitudinez tenuitatēq; facile cōtrahi possit.  
Equos pducūt q̄ plurimos haud ieptos ad laborē.  
Sed q̄ magis ad occidētez uertit: cū primā eius frō-  
tē ad hiberiā cōuertat: ab hiberis & ipis oli habitata  
Hibernia uocitat. Ea lōge copiosiores eqs parit atq;  
eos eiusmodi: ut nō uideant nisi quodā suauissimo i

Erythea.

Hesperidū  
insulæ:

Britannorū  
insulæ.

De ipsarum  
laudibus.

Hibernia.



Insulæ cul-  
tores bacchi

Tyle

Chrysia.

cessu deambulare a natura didicisse: ac cum quadam  
quasi modulatione progredi more regio. Massam  
terream gignunt: sed adnixam sulphure ad carbo-  
num similitudinem: qua fabri: ferrarii & uniuersa  
ea regio: tum etiã quæ finitimæ sunt: maxime uti-  
tur ad incendendos ignes. Gentes habent ferocissi-  
mas & aptissimas bello: quæ cum pulchro sint corpo-  
re & elato: membrisque robustissimis: ac colore can-  
dido: ingenio quoque & facilitate linguæ plurimum  
præstant. Extant & aliæ non longe ab his insulæ si-  
tæ cultrices quæ maxime Bacchi: in quibus Amity-  
mulierum olim clarissimorum uirorum coronatæ hædera  
pendentibusque corymbis intra se quasi commo-  
tæ furore quodam concitantur atque cum ingenti  
clamore elato bacchum nociferantes noctu ipsi deo  
sacra ex ritu perficiunt. Haud enim sic in ripis Thrai-  
cii absynthi Bistorides consueticium bacchum procla-  
mant. Neque sic indi pueri apud gangem tripudiant  
stridentes sonoro cantu: quemadmodum ibi mu-  
lieres illæ Bacchum celebrantes obstrepunt deo: ac  
altantes uota persoluunt. Nec multo etiam ab his  
longe erigit: quæ ultima dicit Tyle: ubi cum sol ardens ad  
polum articum diuertit: tanta perspicuitate perlu-  
cent noctes: ut quousque ad austrum redierit: pærespice  
cum die esse uideantur. Inde uero si quis ad Scythi-  
am uersus nauigans & ad orientem inflexerit nauem  
Chrysia quæ est altera oceani ipsius insula inueniet: in  
qua sol quoque purissime emicat: Tum uero si con-  
uerterit se e regione ad meridiem: statim illi occur-

rit Taprobana pergrandis & ipsa quidem insula: &  
multis uariarum rerum diuitiis referta: multorumque  
qui inde in Asiam transferuntur procreatrix elephā-  
tum: Dedicata enim est potissimum Veneri atque illi  
sua persoluunt uota. Nam supra illius caput cancer  
quod est ardentissimum sidus: contiuue per gyrum  
circūuertitur: ea uero prope regionem adurit. Cetas  
habet passim per littora uagantes: quæ in mari pri-  
mum rubro depastæ illuc se igerunt: animalia sane  
monstruosa & tantæ magnitudinis: ut colles qui-  
dam littoribus aduecti uideantur. Quorum dor-  
sum longo spinarum tractu exasperatur: infestissi-  
mæ admodum pueris si quis deambulando per littus  
occurrerit: Neque quispiam alius si uisus fuerit potu-  
erit facile ex earum faucibus effugere: cum adeo de-  
formis esse hyatus ferant: ut cum hominibus ipsis  
nauem sæpenumero deglutierint: quod profecto  
non alia euenire ratione hominibus credendum est:  
nisi ob nostra delicta quæ uoluit deus huiusmodi quo-  
que monstris expiari: cum in hac misera erraremus  
uita. Extat præterea alia insula Ogyris ab Aeolis ap-  
pellata: uetus quoddam Erythræ regis monumē-  
tum e regione carinanidos promontorii sita: a qua  
si quis ad boream diuerterit: & ad Persicum mare  
Icarum statim offendet: ubi tanto politæ Dianæ  
templum conspicitur mirabile quidem ob uetusta-  
tem: sed mirabilius singulari quadam rei nouitate.  
Nam inde semper quidem exhalat fumus sine ul-  
lo profus adhibito igne: putridus quidem atque

Taprobana

Vbi elephā-  
tes nascuntur

Mirabilia  
de Cetis.

Ogyris.

Icarus.  
Templum  
Dianæ ex  
quo semper ex-  
halat fumus  
sine igne.

infestus admodum accedentibus. Sed hæ sunt in  
sulæ quæ etiam fama aliqua inter oceanū occludū  
tur. Et si non inficior passim etiam complures sitas  
esse: quæ quædam intra libycum sinum positæ: quæ  
dam etiam intra asiaticum: tum & circa Europæ de  
cliuum ac intra oceanum ipsum: quarum licet non  
nullæ habitabiles sint: & gratissimum plerumque na  
uigantibus portum præstent: tamen quia ignobi  
les perstiterunt: nec satis a nostris perspectæ: nõ so  
lum mihi difficile fuit: sed etiam superfluum uisus  
earum nomina & situm aperire. Dicam nunc igitur  
de Asia.

Sequitur de Asia.

u Erum Asiæ formā: cum alii aliam eē dixe  
rint. Illud tamen certissime constat eam si  
bi cuiusdā coni imaginem induxisse: Nam  
cum ab amplitudine tanquam a latissima qua  
dam basi eius aditū incipiat: deducitur tamen pau  
latim & ad extrema usque protenditur: ubi Dionisii  
thebiginæ colūnæ conspiciuntur sitæ: ubi & Indi:  
qui extrema illa occupant: intra sunt montes positi:  
ubi & Ganges candidis undis per latissimū alueum  
in Niseū usque littus deuoluitur. Ea. n. cum a monte  
Tauro diuidatur: quæ ceterior est: neque illi superiori par  
eē magnitudine dicitur: neque etiam forma cōsimilis  
Ipsa est. n. quæ influentē pontum habet: atque in ea  
ipse principatum tenet. altera uero quæ amplior e multum  
interfunditur oceano: qui ternos fluctuosissimi  
mos ebulliens Persicum mare tum etiam & Hirca

colūnæ dion  
nisi.  
Ganges flu.  
Niseū littus  
Tauri mons

num & Arabicum facit. Quorum hii duo ad au  
strum uertuntur. Alius uero distenditur ad boream:  
& aphricum fretum aduersus Euxinū: ubi innume  
rabiles proprie incolunt gentes: cum inter ut: unque in  
gens quidam isthmus & amplissima terrarum spa  
tia contineantur. Verum mons ipse Taurus qui uniuersam  
(ut dixi) per medium disiungit: a Pamphylia inci  
piens ad indos usque protenditur: Qui quidem cum  
nonnunquam altius erigatur: ac eius capita recuruet: qua  
si quædam reflexa bouum cornua: qui ad saltū erige  
rentur: ab ea similitudine Taurus est appellatus. ex  
eo infiniti pene fontes & flumina exoriuntur: quo  
rum quædam uersus boream dilabuntur: quædam meri  
diem petunt. quædam etiam ad eurus & ad zephyrū con  
uersa: cum ob uarias regiones quas interluunt: uaria  
eēt sint nomina consecuta: haud facile esset omnium appella  
tionem aperire. id enim curæ sit eorum maxime qui il  
la circumhabitant loca. Solum illud dicendum a me  
erit: quæ flumina quæue gentes sunt illæ: quæ fama  
aliqua potuerunt ad cognitionis lucem peruenire.  
Mæotæ igitur & Sauromatæ cum superiorem A  
siæ partem occupent quæ ad boream conspicit: pri  
mi etiam mihi occurrunt: ut eos cæteris in hoc or  
dine præferam. Ipsi enim sunt: qui Mæotidem  
paludem circumhabitant ex Amazonum quondam  
semine (ut dicitur) procreati. Nam ferunt: cum  
illæ a patria profugissent: atque e conspectu Thermodon  
tis fluminis castrametatae fuisset: cum sauromatis se cō  
miscuisset: ut quæ ex eis procreati fuisset: foret uiri fortes:

Euxinum  
mare

Pamphylia

Mæotæ &  
Sauromate  
populi.

Ex Amazo  
num semine  
procreati.

c ii



Tanais flui  
uius Asiā ab  
Europa dis  
iungit.

caucas<sup>9</sup> mōi  
Scithia

mirabilia de  
frigore.

Sidi cimme  
rii & Oretæ  
populi:

Eniochi: &  
zigii

& bellicosi euaderent: atq; eos deinceps ita permāsif  
se traditur. Vastam quandam & pergrandem siluā  
inhabitant: densissimis passim arboribus confertā  
cuius per medium tractus Tanais intra propinquā  
paludem dilabitur. Ipse est enim fluuius ille qui eti  
am ab Asia Europam disiungit: cum ad occidentem  
europam relinquat: & ad orientem Asiam. Ex eo  
fontes complures & riui secarent: qui per Caucasū  
dilabentes intra illius saxa & coualles imurmurāt  
Sed qui amplior est: per Scythiam diffusus: mul  
toq; inflatus borea: imensam illuc conuehit glaciē:  
infelicesq; illos facit qui uicina incolunt loca. Nam  
quotiens spiritante borea frigus inoleuerit: totiens  
interire præ oculis aut equi conspiciuntur: aut mu  
li: aut armenta ipsa gelu ipso cōtrahi: & errantes pas  
sim per siluas pecudes supremum uale decantare.  
Nec homines quoq; tute intra contexta & obstru  
sa domicilia cōsistere posse: cum & ipsi una cum eo  
rum armentis prorsus interirent: nisi obseruata tē  
pestate cum oclusis curribus ad mitiores regiones  
effugerent: & suam furenti boreæ patriæ relinque  
rēt. Huiusmōi sunt igitur q; circa Tanaim regione;  
sunt sortiti. Verū qui Sauromatis ppiora tenēt lo  
ca: Sidi uocātur. Tū etiā & Cimmerici q; & Euxino  
adhærent pōto Cercetii quoq; & Oretæ & quos fe  
runt quōdā a Xantho & Abideo Simeōte post de  
bellatā Troiā illuc una cū eorū duce aduersis uētis  
Achæis depulsis qbus pximi sunt Eniochi & zigii  
qui & ipsi olim illic ex pelasgis sunt deuecti: depor

tatos fuisse Deinde uero ad extremū ponti Tindari  
dæ positi: ac deinde Colchi qui Caucaſo adhærent:  
olim ex Aegypto profecti: ubi ipse quoq; Caucasus  
iuxta Hircanum fretum altissimis collibus extollit  
ex quibus quidem Phasis fluuius dilabens Circæi  
tergum uersus in Euxinum deflectitur. Exoritur  
tamen ab initio ex monte Armeno qui inter orien  
tem & boream tractus isthmum quendam facit: q  
Caspio & Euxino mari occluditur: quem iam p̄dē  
iberes illi occuparunt: qui quondam a pirrheneis  
montibus profecti in eam oriētis ptem irruperunt  
homines p̄fecto bellicosissimi & uicinis Hircanis i  
festissimi: cum quibus iam antea atrocissima gesse  
runt bella. Tum & Tamaritæ positi: qui olim Bac  
chum ab indicū uictoria redeuntē non solū excepe  
rant hospitio: sed etiam solennia illi sacra constitue  
rāt agitātes choreas circa torcularia quoad spuma  
rent musto. Accingebātur enim cingulis ex corio:  
indutiq; damarum pelles: oē bacche quasi insani p  
clamabant. His uero deprope Caspium allidit ma  
re: Quod spero facile descripturum. si modo id mi  
hi concesserit deus: Non ut qui procul illius semi  
tas conspiciam: neq; q; unq; illuc me traiecerim: aut  
uiderim illius situm & formam: aut ut plerique con  
sueuere: qui nullam aliam felicitatem existimant q̄  
plurimas circūeundo diuitias accumulare: quo si  
bi aurum aggregent: polluceantq; undiq; margari  
tis ac preciosis eorum atria lapidibus exornent: cū  
non ea mihi a parentibus relicta sit mercandi disci

Tyndarides  
& colchi po  
puli.

phasis fluui  
us.

Mons Ar  
menus.

Caspiū ma  
re.

iberes popu

Tamaritæ:  
qui Baccho  
choreas cir  
ca torcula  
ria ducunt.



plina: sed ut ille: quē usq; ab ineunte adolescentia literarum studia erudierunt: quibus euenit ut quæ etiam remotissima sunt: tanq̄ præsentia intuear: atq; omnia mente & cogitatione sine ullo prorsus errore possim facile metiri.

#### De Caspio mari.

Aspii igitur maris forma huiusmodi est: ut maxime in gyrum & circularem ambitum flectatur. Ab oceano eni qui Scythicum littus ad boreã illidit: exoriri certissimum est: unde per iculta ab initio & deserta diffusum loca in austrum per longas angustias extenditur donec dilatatum paulatim & in amplissima cōtractum spacia Caucaſi montis radicibus inhæserit. Est enim illius usus nanigabilis ac perutilis admodum omnibus anni temporibus: præterq̄ in mensibus tribus: quibus efflante borea tractus oceani uehementi aduersus impetu insurgit. Parit enim multa precio & admiratione digna. Nam ex eo præ cæteris quæ inde asportantur, crystallum quoq; & laspis præiosus lapis: qui cum cizerei sit coloris inimicari q̄ maxime dicitur uanis imaginibus ac terroribus nocturnis. Gentes circūhabitant innumerabilis: pene multitudinis. Sed ut ab eo latere incipias: quod ad boream uergitur: primi eminent Scythæ: & illi potissimū qui ad Saturnium mare iuertuntur prope Caspii ipsius hostiū tu3 uero Vniac deinde Caspii ipsi & Albani: quorum oīum mores feroces sunt a natura: bellicq; auuiditate perciti. Cadessii uero itra

Vbi nascitur crystallus & laspis lapis.

Scythæ.

Vni Caspii & Albani populi feroces & apti

asperos mōtes positi uicinos habēt Mardos: & deinde Hyrcanos & Appos: quos Mardus fluuius inundans ac placidis discurrens fluctibus: Dercebio quoq; & Bractas irrigat medius iter utrunq; dilabens in Hyrcanū tandem mare proripitur. Veruz Bractæ eam regione3 incolunt quæ ad pedes adiacet Parnasi. Dercebio autem ad alteram siti Caspianis fluctibus excitantur. Post quos ad orientem uersus trans Araxem Massagetæ positi: quorum studium est ut continuo sagittandi casu conterantur: infestissimi admodum hospitibus: neq; cum uicinis populis ullã seruare diutius amicitia neq; fidē possint. Frumēti ac uini usū prorsus ignorāt: Bibūt enim lac cū equorū admixtū sanguine. Tū uero magis ad boreã uersus Chorasmii tenēt: quibus statim Sugdia succedit tellus cuius per medium Oxus dilabens Homolo monte a tergo relicto: qui Caspiam decurrit. Saccæ deinde tenēt potissimuz circa ripas laxartæ fluminis positi: populi & ipsi sagittandi arte peritissimi & adeo cōtinuo usu eruditi: ut nō uideantur posse a quis alio uici neq; adæq̄ri. Turpe enī admodū iudicārēt: si qs eius sagittā in cassū emitteret neq; feriret signū. His deinde Tochari admoti sūt. Tū & Phurii & Seres gētes prorsus barbaræ: nec ullius doctæ disciplinæ: neq; ullius rei studio aut cultui deditæ: s; tātum per deserta uagantes flores quosdam eas legere dicūt: quibus uestes sibi uariis coloribus itingūt urtice potissimū floribus cōsimiles: easq; sibi ipsis mira cōtexūt arte: atq; in ea re ferūt eas et araneas su

Mardi: Hyrcani & Appi Mardus fluuius.

Dercebio & Bractæ populi.

Massagetæ populi.

De uita & moribus Massagetarum.

Chorasmii. Sugdia tellus.

Oxus fluuius.

Homolus. mons.

Saccæ populi sagittandi usu periti

Laxarta fluuius.



perare. Sunt etiam & alii ex Scytharum genere cō-  
plures populi: quorum nomina & mores prorsus i-  
cognita perstitere: cum ad eos difficillimum aditus  
fecerint asperitates locorum: & aeris illius indemen-  
tia: atq; asperrimi rigoris: quibus regiones ad extre-  
ma coniectæ continuis prope tēporibus infestant.

h  
Ae sunt igit illæ quas dixi circa Caspiuz  
ad boream occupasse. Dicam modo de  
iis quæ ad occidentem uersæ a Colchi-  
de citra & Phaside usq; ad maris Euxini

Bicæres. Be-  
chyres.  
Macrones.  
Phylires  
populi casas  
lignas ha-  
bitantes.  
Thibareni  
optimi oui-  
um cultores  
Chalybes  
populi duris-  
simi & in fa-  
bricandis  
armis aptis-  
simi.  
Assyria.  
Thermodo-  
on amnis.

litora insidere: quæ ue usq; ad Traicium ubi Chalci-  
dos tellus est sita ptenduntur. Bycæres igitur erūt  
primi: atq; his proximi Bechyres & Macrones: ac  
deinde Phylires: qui ciuitates & casas ligneas quas  
olim sibi condiderant adhuc tenent. His adiacent  
Thibareni præstantissimi ouium cultores. Tū etiā  
his affidēt Chalybes hominum genus durissimū:  
qui quoniam eam sunt regionem consecuti quæ  
nulli est prorsus ob ariditatez apta cultui: in ea quā  
didicerunt arte mirifice profecerunt. Nunq̄ enim  
in elaborando ferro parandisq; ad bella armis a mal-  
leis neq; ab incudibus uacāt: totaq; illa regio fumo  
contecta ardere igne uidetur: & ferramentorū stru-  
cturis ictibusq; in horrere. Tum uero Assyria sequi-  
tur: quam Thermodoon amnis a monte delapsus  
armeno perlabitur: atq; inde usq; ad Amazones ce-  
leri statim proripitur cursu: quem quidem ferunt  
fugientem olim a Sopida Cinopem iussu Iouis: q̄  
illam deperiens in uitam a patria sūmouerat in eius

prope finibus excepisse: atq; illis continue deplorā-  
di parentum absentiam locum benigne tradidisse.  
In quo postea ipsa ciuitatem a se conditam suo noīe  
Sinopeam appellauit. Circa uero ipius fluminis ri-  
pas cristallum ceditur: candidissimū quidem ac pu-  
rissimū quasi glacies. Ibiq; inuenitur & iaspis. Nec  
longe admodum iris quoq; & halys dilabentibus:  
uniuersam illam regionem irriguam & amœnam  
reddunt. Vez uterq; a monte Armeno unde oriū-  
tur ad boream uersi: Carambidos prope collē lam-  
bunt. His proximi sunt Paphlagonēs adiecti maxi-  
me littoribus: Tum etiam sacra illa Mariandinoz  
regio: ubi dicunt ravidū illū quōdam & tricipitē ca-  
nem: quē ab inferno dite ereptum magnanimi her-  
culis manus deuicit: spumoz quoddam uir<sup>9</sup> euo-  
misse: quod uniuersam illam regionem infecit. Ve-  
rum his proxima est Bithynia: læta quidem regio:  
atq; omni referta ubertate: quam Rhebas amnis  
amœnissimus gratissimis pfundit aquis: donec in  
pontum iuxta conciderit: qbus nec ullus ē cæteris  
in terris amnis iocūdior: neq; qui magis ad uolupta-  
tem delectationemq; conspicitur. Hæ sunt igit gen-  
tes & populi illi: qui ut dixi: occidentalesz ponti par-  
tem inhabitant. Illæ uero aliæ de quibus antea di-  
xeram: Scythicæ sunt: atq; ad boreā cōiectæ. Nūc  
uero mihi dicēdum erit de tertia eiusdē Asiæ parte:  
q̄ & maritima ē: & ad austrū cōspicit: atq; cū in hel-  
lespontum pficiscētibus iter ostēdat: meridionalē in  
p̄mis ad Aegeū mare aperit cursū: ac usq; in Syria<sup>3</sup>

Sinopēa ci-  
uitas.  
Hic cristallū  
cedit purissi-  
mum: & ia-  
spis inuēitur  
Iris & Halys  
flumina

Paphlagōēs  
Mariandino-  
rum regio  
De cane tri-  
cipiti.  
Bithynia re-  
gio.  
Rhebas am-  
nis.



**Flumē Sā-**  
**garii.**

**Ilion ciuitas**

**Xāth<sup>9</sup> flu-**  
**uius.**

**Aeolia.**

**Iones popu-**  
**li. Meāder**  
**amnis Mi-**  
**letus & prie-**  
**nes.**

**Ephesus dia-**  
**næ dedicata**  
**De tēplo ab**  
**Amazōib<sup>9</sup>**  
**sup trūco ul-**  
**mi cōdito.**

& arabiam protenditur. Calcedones igitur primi se ad hostium offerunt e regiōe ad Bizantium intuentes: Quib<sup>9</sup> propinqui sunt Bebryces & mōtes Mysiæ: ex qbus Cius amnis iocundissimas aq̄s effundit: ubi dicitur nymphas olim Hylam rapuisse magni tum Herculis insignem ministrum. Inde uero magnuz quidam minoris Phrygiæ tractus i hellepōtum usque distenditur. Altera autem interior sita est longe amplior prope Sangarii flumen. Hæc enim quæ amplior est ad orientem uersa ferax admodum pabulo est: & equorum gregibus copiosa. Altera uero quæ ad occidentem spectat sub gloriosissimæ Idæ pedib<sup>9</sup> conspicitur habens ad latus illam uentosam & sæpius decantatam ilion ciuitatē olim amplissimam: & maximorum heroum pcreatricem: quam ferunt a Neptuno & ab Apolline cōditam extitisse: sed postea direptam & euersam Paladis ac iunonis consiliis: situm ppe Xanthi & Idei Simeōtis undas. Huic uero adiacet Aeolia supra Hellepōtum ad Aegei maris latera in qua & iones positi & Mæander amnis illustris per mediū mollibus dilabens undis: Miletum quoq; & spatiosam Prienem secat: quarum quidem quod intermediū est: quodq; magis ad boream uergitur: totū Ephesus maritima tenet ciuitas quondam Dianæ sagittiferæ dedicata: ubi ferunt Amazones olim super ulmi cuiusdā trunco templū mirabilis artificii condidisse: deperisseq; ob id admirationē & stuporē cunctis gētib<sup>9</sup> & sæculis. Vex his pxima ē Meonia ad

orientem sita sub altissima Tmoli montis rupe: ex qua Pactolus amnis fluens arenis aureis splēdidior patriam reddit. In cuius ripis cū uer aduenerrit: tāta continue cū modulatione decātantel cygni audiūtur: q̄ passim p undas errantes in ripis depascuntur: ut nihil iocūdus possit audiri: cū circa ripas illius quotidie magis paludamenta concrescūt & etiā emanat Enister: ac iocundissimis undis per regionem ipsam passim diffunditur. Mulieres quoq; perpulchras parit: q̄ nōnunq̄ de more succinctæ deauratam ad lumbos zonam inter se circum exultant uirabiles in girū choreas ducentes: cum potissimum choros & stationes Dionisio facere singulis annis cōsueuernt: ubi uadmixtæ florētis ætatis puellæ: tanq̄ lasciuientes capreoli inter se saltitāt & coludunt: pariuntq; intersaltādum nō mediocrē spectantibus uoluptatē & cōmota a uentis paludamenta saltandi ordo uideantur sonitum quendā haud iocundum efficere: qui audientium mentes q̄ maxime afficiebat. Sed hæc lidiis hominibus omittamus: quorum studium est: ut euz uoluptuosaz sortiti sint regionem: uoluptatibus etiam ipsis uacent neq; a patriæ moribus aut natura degenerent. At Licii deinde uicina & ipsi littora tenent: ubi potissimum Xanthus perlabitur: ac Taurus mons iam usq; in Pamphyliam declinare paulatim incipit: ac eius nomen mutare: ut nō ampli<sup>9</sup> Taurus: s; Cragus appellet: ubi oppidū cōspicit ad Eurimedontis flumē positū i q̄ qdē oppidai cū uenerē colāt: eā pla

**Meonia.**  
**Tmol<sup>9</sup> mōs**  
**Pactol<sup>9</sup> flu-**  
**uius arenas**  
**aureas hñs**  
**hic cygni de-**  
**cantant.**  
**Enister flu.**  
**De pulchris**  
**mulieribus**  
**& de ipsarū**  
**ritu in dicen-**  
**dis choreis.**

**Licii.**

**Crag<sup>9</sup> mōs**

f ii



Corycus.  
Pergæ &  
Phaelis ciui-  
tates.  
Lyacones sa-  
gittandi ar-  
te periri &  
bello prom-  
pti.  
Pisidei popu-  
li.  
Termesus.  
Lyrbæ &  
Selgæ ciui-  
tates.  
Cilices.  
Piramus. Pi-  
narius &  
Cydnus flu-  
mina.  
Vbi equus  
Pegaseus re-  
liquit ungu-  
lam.  
De Bellerop-  
honte.

care porcorum sanguine ac huiusmodi occisionibus  
consueuerunt. Tum uero Pamphylæ ciuitates se-  
quuntur Corycus scilicet & Pergæ & quæ uentis ma-  
xime est subiecta Phaelis; quarum intermedium ad  
orientem uersus Lycaones positi uiri & ipsi ad bel-  
la prompti & sagittandi usu peritissimi. Quibus ad-  
moti sunt Pisidei; quorum hæ sunt præcipue ciuitates  
Termesus Lyrbæ & Selgæ; quam ferunt quondam  
fuisse ab Amycleis conditam. Inde uero cum ad ori-  
entem uersus in gyrum & circulem formam in-  
flectatur mare; quicquid terræ spaci in hæret pari etiã  
nimirum inflectitur forma; sitque ob eã rem non mul-  
to ab Euxino remotum. In eo enim sinu siti sunt Ci-  
lices uersi admodum ad ortum solis. Sed eum sinum  
ueteres angustias Asiæ uocauerunt. Ipsa enim regio  
multis præcipue fluminibus irrigatur haud in ea quæ  
dem exortis patria; sed quæ a longe profecta in fluxe  
runt; Quorum tres cæteris præstant Pyramus Pi-  
narius & Cydnus; qui unus mediam per Tarsum  
dilabens ciuitatem illam multis clarissimis ædificiis in-  
signem amoenissimis undis intersecat; ubi quondam  
ferunt Pegaseum illum decantatissimum equum  
ungulam reliquisse & ab ea ciuitatem Tarsum ap-  
pellatam; ubi dicunt etiam Bellerophontem ipsum  
ab eo desiccatum & ad Iouem profectum clarissi-  
mum eum locum fecisse; in quo ab hominibus semo-  
tus diu antea uictitarat. Multæ deinde aliæ Ciliciæ  
ipsius ciuitates sparsim cõspiciuntur ex quibus & Lyr-  
nessus est & Malos & soli ad mare coniectæ. Extant

& aliæ quàm multæ quæ partim intra cõtinentem sunt  
sitæ; partim et littora occupant. Comogena deinde  
his admota est regio & Syriæ ciuitates; spaciola quædam  
& ampla & ad maris usque littora deflexa; sed eius tra-  
ctus qui est ad occidentem uersus ad usque montis Ca-  
sii pedes protenditur. Si quis enim huius situm & for-  
mam recte percipit; reliquas etiã Asiæ partes facile  
poterit studio & diligentia percipere. Nam eius for-  
ma cum ex quattuor cõstet angulis; qui ad orientem  
est tractus; cæteros nimirum excedit multitudine.  
Diximus enim uniuersam Asiam bifariam diuisam  
atque usque ad Indum montem porrigi; qui quidem mons  
unius est ipsius terminus ex eo potissimum latere;  
quod magis ad boream uergitur; & Nilus alter ex  
eo quod uertitur ad occidentem. Reliquus uero oce-  
anum ipse; qui indicus appellatur ab ea parte quæ ad  
orientem spectat terminarique ad austrum mari ru-  
bro. At Syria ipsa de qua dicebamus cum intra illi-  
us prope uisera sit iniecta atque ad austrum uersus  
& ad orientem mare attigat; multas sparsim eo uer-  
sus ciuitates habet; quam quidem partem quoniam  
humilis est atque depressa duobusque altissimis ualla-  
ta montibus; ad occidentem quidem Casio, & ab ori-  
ente Libano; illam incolæ sua lingua uallæ appellant;  
quæ quidem quoniam & aptior uisa omnibus fuit &  
feracior ad producendas fruges; tum etiam longe  
cæteris ad enauigandum cõmodius; multi ex ea regio-  
ne quæ potentia & diuitiis pollebant; eum locum sibi ad habi-  
tandum delegerunt; ciuitatesque & oppida sibi cõdide-

Comogena  
regio.

Mons Cas-  
sius.

Mons Liba-  
nus.



Syrii.  
Phœnices  
primi nauibus tētarūt mare.  
De laudib⁹  
Phœnicum  
Ioppes. Gaza. Elicides  
Tyrus.  
Byblon. &  
Sidon uentosa. Bostrenus flu.  
Tripolis Orthosides.  
Marathon.  
Laodex ciuitas a Neptuno condita.  
Apamia.  
Orōtes amnis Antiochiam secat  
Mare arabicum.  
Elani.  
Arabes.

runt:uariisq; inter se noib⁹ distinxerunt. Nā q̄ intra magis otinētē loca sūt sortiti:uno uocabulo Syrii sē appellati. Qui uero ad mare diuertūt Phœnices:q̄ quōdā ab Erytheris p̄fecti p̄mi fuisse dñtur: q̄ mare nauibus ptētarint:primi etiā qui coeperūt hūc mercandi usum: quo homines ad cupiditatē & auaritiā excitaretur:q̄ ue primi cæli ac stellæ cursum omniumq; supernorū motuū studio & ingenii magnitudine comprehenderint. Hi enim sunt qui Ioppem & Gazam & Elicidē incolūt: q̄ ue Tirū illam ppulchrā & ueterem ciuitatē habuere ab initio. q̄ cōditam: Tum & q̄ maritimā Byblon & uentosā Sidonem condidere ad Bostreni placidissimi fluminis ripas: q̄ Tripolim & Orthosidem & Marathon & q̄ ad mare coniecta est Laodicē tenent ciuitatem olim ur dicitur a Neptuno cōditam: i qua & Daphne oblectabatur & q̄ demum Apamiā ipsam inhabitant i fra cōtinentē: unde Oronte amnis ad orientem uersus Antiochiam quoq; per medium secat. At uniuersa Syria omni prors⁹ ubertate referta est: & ad alenda pecora pascuis & frugibus copiosa: Cui⁹ ad interiora: quæ magis ad austrum conspiciuntur extremus aditus situs est Arabici maris. Quod quidem medium interluit Arabiæ scilicet & Syriæ ipsius fines paulatim continueq; se ad orientem uertens pertingit Elanos: ubi preciosissimam omnium regionem Arabes tenent. Ipsa enim altior est & gemino præcingitur mari Persico scilicet & Arabico: & gemino quoque agitur uento. Arabicum enim

zephyrum deposcit. Persicū uero eorum. Sed quæ ipsius Arabiæ pars ad orientē & austrum spectat: rubro quoq; abluitur mari. Dicaz igitur de hac regione quippiam: cum gentes habeat quarum potentiam & diuitias cæteræ omnes admirantur obstupescuntq; copiam & ubertatem. Nec illud præmittam: q̄ cum plurimum sacris oblectetur: nulla est sui pars quæ nō tota fragret thymiamate aut mirrha aut redolentibus calamis quæ passim iniecta ignibus aduruntur. Quis non crederet illud uerissimum esse: quod dicitur Iouem scilicet patrem illum Dionysium eius filium ab oculo matris foemore dissoluisse: & ad nascentis festiuitatem uniuersaz illam implese regione huiusmodi iam suauissimis odoribus: Atq; eas oues: quibus nunc exuberat Arabia: huiusmodi nostram tum primum consecutas esse ut tam densis ac tam mollibus uelleribus iter pascendum cōtinuo nestirentur: & lacus ipsas tantis aquis ac tanta piscium multitudine & uarietate replerentur: Totq; aues deserta reliquisse: atq; illuc ingruisse secum afferentes preciosi illius cinamomi ramos: quibus nunc uniuersa pene nimia copia & ubertate diffundat. Adde quod & ipse Dionysius postquam natus creuit ætate capreoli pellibus indutus ac obauctus comas hædera implicitusque pampinis & per potus abunde mero totam circuibat regionem: multasq; undiq; perfundens opes non elargiri diuitias uidebatur: sed seminare: quo fructus pareret nulla unq; ætate perituros. Ideoq;

De Thymiamate & Mirrha.  
De ortu Dionysii Iouis filii.

De molli uellere ouium Arabiæ:  
De piscium copia

De Dionysio postq̄ creuit ætate



Arabiae mō  
tes & flumi  
na aurū pa  
riunt

nabatheï cal  
basi & agrees  
populi.  
Chatramis  
tellus.  
Minei.  
Sabæ & Cle  
tabei.  
Erembi nu  
di incedunt  
De moribus  
& uita iporū

ip̄a regio tātis hucusq; flouisse muneribus dicitur  
ut eius montes aurum pariant: & flumina conue/  
hant argētū: eorumq; ripæ thimiamate & fragran  
bus herbis redolēt: atq; qui ibi uictitant: maximas  
possident opes: neq; induunt nili paludamentis au  
reis aut sericis q̄ mollissimis. Verū qui p̄mam Libāi  
montis frontem tenent: ipsi sunt qui Nabatheï sūt  
appellati. Qui autem illis adhærent Calbasii & A  
grees: ac deinde Chatramis tellus conspicitur e con  
spectu perfidis. Sed ad latus rubri maris Minei te  
nent & Sabæ: & iuxta eos Cletabei. Et hæ sūt oēs  
gentes quæ Arabiā colunt: quas cōmemoratiōe ali  
qua dignas iudicauit. Sed tamen & aliæ complures  
sed siluestres quidem & ignobiles: neq; inter Ara  
bes studio aliquo aut moribus aut disciplina cōnu  
merandæ. Nam ad zephyg uersus prope Arabiā  
ip̄ius extrema Erēbi tenent: robustissimum quidē  
hoiū genus & agreste: q̄ montana illa colētes in  
tra tantum specus & prærupta saxa inhabitant: nu  
di prorsus: neq; quicq; felicitatis humæ possidētes  
sed desiccata nimia uiuendi asperitate nigrum colo  
rem & adustā cutem straxere. Et si mali aut aduer  
si quippiā superuenerit: non arma capiunt: nō sagit  
tas: non tela ut cæteri: s; tanq̄ fere per colles discur  
rentes uagiq; ac deuii q̄si insani circūfugiunt: haud  
quaq; reliqs arabibus similes: quos tot ac tātis mu  
neribus natura dotauit. Verū ab alio Libani lateris:  
quod ad orientē spectat altera pars Syriæ aperitur  
quæ usq; ad Sinopem maritimā extenditur. In cu

ius medio Cappadoces sunt siti: homines sane qui  
ob equorū copiam & assiduam in eis exercitationē  
continuumq; equitandi usum præstantissimi in ea  
re iudicantur. Assyrii uero ad mare positi Thermo  
dontis hostia obseruant: ex quorum montibus: &  
qui potissimū ad orientem conspiciunt: Euphrates  
amnis clarissimus erumpit a monte primum arme  
no demissus: Sed cum ex illis Assyriæ collibus lō  
go discutso in austrum conuertat: ac deinde aduer  
sus solem inflexus mediam inundet Babylonē. po  
stremo ciuitatē Theredonem lambens in persicū  
mare celeri cursu dilabitur. Nec multo ad orientis  
oram effluit Tigris: qui neq; minor est Euphrate:  
neque a quouis alio celeritate uincitur. Nam tanta  
proripitur uelocitate: ut una die tantum peragat iti  
neris: quantū uir acer possit & uelox p̄ septē discur  
rere. Nec multo post illius decursum cum planiciē  
quandam perlata m offendat quasi fessus itinere ac  
tanq̄ qui cuperet a cursu paululum conquiescere ī  
quandam globeam & circularem lacunam contra  
hitur: quā Thomitidam uicini uocant: Nec ibi ta  
men diu conq̄scit: s; q̄si a somno excitaretur: tæde  
retq; eius ignauia repente exurgens: longe adhuc  
ardentiori cursu proripitur. Quæ autem inter Eu  
phratem & Tigrim terra mediā ē: ea Mesopotamia  
a græcis ē appellata: quæ p̄fecto ē huiusmōi: ut nul  
lus unq; pastor: neq; q̄ cornipedem Pana fistula de  
cātat: possit regionem illam aliqua in parte crimina  
ti: q; ad pascenda pecora lætissima pascua non affe

g

Cappadoces  
præstantissi  
mi arte eq  
tandi.  
Assyrii  
Euphrates  
amnis clarif  
simus ex mō  
te armēo ori  
tur

Babylon.  
Theredōes  
ciuitas.  
Tigris fluui  
us omniū  
celerrimus.  
Thomitidia  
lacuna.  
Mesopota  
mia est me  
dia inter T  
grim & Eu  
phratis fl  
mina.



De laudib⁹  
in esopotāie

Armenii po  
puli bellicosi

Vbi ita est  
Babylon.  
Semiramis  
muris circū  
cinxit Baby  
lonem.

De laudibus  
Babyloniæ.  
Vbi nascun  
cunt palmæ  
Hic orit Be  
rillus.  
Cissi.  
Massabatee  
& Chalonitæ  
popul.  
Mardi & A  
trapatini po  
puli.

rat. Nec etiam ullus tam solers plātator illius nascē  
tis in siluis fructus incusabit: q̄ & uarietate & mul  
titudine & suauitate nō præstent: cum tanta sit ī ea  
rerum oīum nascentium copia: atq; in augēdis her  
bis ac producendis frugib⁹ ubertas: ut eā regione  
beatam & felicem ac diis ipsis gratissimam æstima  
rent. Quæ uero huic proxima est ad boreā uers⁹:  
& ipsa uberrima est: eam Armenii & matrē tenent  
e conspectu euphratis positi: uiri ipsi bellicosi & pu  
gnaces militariq; disciplina eruditi: tum etiā opib⁹  
& diuitiarum copia app̄me pollentes. Vex ad Au  
strum sita est Babylon de qua dixi: quam ferūt Se  
miramim Medorum reginam: cum bello antea re  
gionem deuicisset delectatam situ & locorū amœ  
nitate inexpugnabili muro circumcinxisse: atq; itra  
ciuitatis ipsius arces mirabiles ædes suo bello confe  
cisse: quas undiq; auro & candidissimo ebore ac ar  
gento purissimo elaborarat: Regio etiam ipsa insi  
gnis admodum est & ferax. Palmas parit suauissi  
mas præcæteris ferentes fructus. Parit & Beril  
lum: qui glaucei est coloris: ac longe preciosior au  
ro. Nascitur etiam circa uerticem Ophietidos collis  
Verum supra Babylonem ad boream uersus Cissi  
tenent. Tum etiam & Massabateæ & Chalonitæ.  
Sed ad montes armenos uersus qui ad orientem  
spectāt: adiacent Medorū tempea: quorū qui ad bo  
ream sunt uersi: Gelos appellant. Assistūt quoque  
Mardi & Atrapatini. Ad austrū uero quocunq; ex ip  
sis Medis p̄ cæt̄ris floruerūt tenēt: q̄ ue ibi impe

rium sibi & ciuitatēs condiderunt: eosq; ferūt quō  
dam ex illustri progenitos genere fuisse Herionæ  
mulieris illius: quæ ex Osta integerrimo rege nata  
Pandionida filium apud Illisii fluminis ripas uene  
nis interfecerat: Quæ quidem ex re cum ip̄a pudore  
re afficeretur: inde aufugiēs ad eam demum regio  
nem peruēit quæ eodem ē nomine appellata haud  
tamen procul a Colchis: neq; unq̄ ausa est ob id sce  
leris patriā repetere: neq; parentum cōspicere lacti  
mantes oculos: cum admodum formidaret eorum  
iram: Ideoque homines illi maxime adhuc magicis  
artibus & diris ueneficiis utuntur. Amplissimam  
enim regionem colunt: & quidem multi montes  
tenent: ex quibus maxime oritur Narcissites. Alii  
potius planiciem colentes irrigua pascua & læta p̄  
dia sibi delegerunt: onusta passim multifariam pe  
corum gregibus: donec peruenitur ad portas Cas  
pias: quæ ad orientem spectant: atque sub altissimis  
iniectæ montibus aditus aperiunt proficiscentibus  
in boream & in austrum. Nam una quideꝫ uia hir  
cana petitur: altera uero montes Persiæ. Verū sub  
ipsis prope pedibus Parthi tenent genus hominū  
bellicosissimum & sagittandi usu solertissimum: de  
de quibus pauca dicere haud importunum iudica  
ui. Sunt enim eiusmodi ut nunquā effodere: aut  
arare tellurem: aut quouis alio modo colere didice  
rint: Neque nauigando ad alienas urbes: aut mer  
cando sibi quas habent opes conquiserint: neque  
sunt q̄ inter eos armēta sequātur: aut greges alant:

g ii

De Herionā  
muliere filia  
regis Ostæ:  
q̄ pādionida  
filiū ueneris  
interfecit.

Hic sunt ho  
mines q̄ ma  
gica arte &  
diris uenefi  
ciis utuntur  
Hic orit nar  
cissites:  
portæ Cas  
piæ.

Via hircana  
Mōtes Per  
siæ.  
Parthi sagit  
tādi arte pe  
riti & belli  
coli.



De uita &  
moribus  
Parthorum

Parthia ro-  
mano impe-  
ratore deui-  
cti.

Parthi Meo-  
niam & Sar-  
diniam sunt  
depopulati.  
Parthi au-  
reis armis  
bello usi sūt.  
Persia a por-  
tis Caspiis  
initiū sumit

Sed cum primum p̄tatem possunt: aut arcum  
uanu contorquent & sagittandi studio conterun-  
tur: aut pedum cursu & equitationibus continuis  
exercitati mirabilem ad id sibi artē & disciplinam ef-  
ficiunt. Semper enim ea regio iaculationibus & cō-  
fractis lanceis & sagittādi ictibus stridet: Semp̄ cō-  
cursus eq̄tum inter se cōcertantium passim audit:  
neq; ulli fas est coenam adire: nisi prius certandi la-  
bore totum illius corpus ī sudorē defluerit. Alun-  
tur maxime uenationibus: quas aut iaculando cō-  
sequuntur aut sagittando: qui licet ob eam discipli-  
nā & acerrimos mores insuperabiles esse uideren-  
tur: a romano tamen imperatore deuicti tandem  
fascibus obtemperare sunt coacti. Dicam nunc in  
quot hominum genera regio illa distincta sit: quibus  
ue fluminibus irrigetur: ac demum quibus interci-  
dat montibus. Soli enim sunt qui regiam dignita-  
tem dicuntur obtinere: soli etiam qui ceteris digni-  
tate & potentia pr̄stāt: postq̄ Meoniam & Sardi-  
niam fuerunt depopulati. Deinceps enim sūt aure-  
is armis in bello usi: eorumq; equos aureis fr̄enis  
& phaleris argenteisq; calcris exornarunt: cum tan-  
tam huiusmodi rerum copiā ex ea uictoria conue-  
xerint: ut effluere diuitiis undiq; uiderent. Verum  
Persia ipsa tota altissimis uallat̄ mōtibus initiū capi-  
ens a portis (ut dixi) Caspii: q̄ iter in anstrum atq;  
usq; ad mare protendit: quod ab ea Persicum ē ap-  
pellatum. Tribus aut̄ potissimum partibus ē habi-  
tata. Nā q̄dam sunt in septentrionē uersi ad extre-

maq; cōiecti adhærētesq; umbrosis mōtibus Me-  
dorum q̄dam in medio positi: qui mediterraneā re-  
gionē occupāt: alii e regione ad austrum q; usq; ad  
mare qd̄ dixi Persicū extendunt. Primi enī sūt Sa-  
bæ quibus passagardæ & Tasci & pleriq; alii adiacēt:  
quorū regionē multi abluūt amnes sinuosis undiq;  
meatibus decurrētes. Ex una enī parte Corus dila-  
bitur: Ex alia Choaspes: qui cū ab Indo exeat flu-  
mine Susā ciuitatem irrigās Achatē lapidē iter eius  
arenas instar Cylindri cuiusdā p̄stratuz ac lacteum  
ostendit: quē ex p̄pinquis mōtibus torrēs ad plani-  
ciem cōtraxerat. Fructus ibi ob tēperatum aerē sē-  
per uirent. At nūc de reliquo Asiæ tractu dicēdum  
erit: q̄ni ad orientem uersus uniuersum illius dein-  
ceps limitem ac finē p̄ficiet. Circa igitur maris p̄fici-  
littora eam partē uersus qua orit̄ sol Carmani insi-  
dentes haud longe a perside regionē bifariam sorti-  
ti sunt. Nā ex eis quidam se ad maris littora cōtule-  
re. quidam maritima contemnentes int̄ta cōtinen-  
tem pr̄ ceteris loca delegerunt. Ex his enim Ge-  
drossi ad orientem uersi uicini sūt oceano: q̄t Scy-  
this illis adhærēt quos dixi ad austrū uersus iuxta  
Indum flumē qd̄ duplici hostio e regione ī rubrum  
dilabit̄ mare: Verū anteq̄ in mare cōcidat multa p̄-  
currens oppida & regiōes longuz quendā & infle-  
xū limitem perrat. Oritur enī ex mōte Cauaso ad  
septētrionē uersus: sed ī austrū se inflectēs Pataleo-  
nē insulā gemino cōplectit̄ brachio: ac deīde ad oc-  
cidentē cū itorquet cursū Oritas & crabessecat &

Sabæ. Pas-  
sagardæ. &  
Tasci.  
Corus flu-  
uius.  
Choaspes  
fluuus ab  
Indo exit.  
Susa ciui-  
tas.  
Achates la-  
pis.  
Hic semper  
uirent fru-  
ctus.  
Carmani.  
Gedrossi.  
De ortu In-  
di fluminis  
Patalenes  
insula.



Arieni.

Hoc in loco  
Coralii pas-  
sim nascun-  
tur.

Saphireæ  
crustæ.

India regio  
omnium ex-  
trema sed io-  
cunda.

De qualita-  
te hominum  
Indiæ & eo-  
rum mori-  
bus: & stu-  
diis.

De berillo.  
adamante.

Iaspide. To-  
palo & ame-  
thisto: lapi-  
dibus precio-  
sis.

qui linea paludameta induunt Arachotas: Tū ēt Sa-  
traidas ipsos plabit: ac eos oēs q̄ p̄pe icolūt Parpau-  
si fauces: quos omnes uno uocabulo Arienos uo-  
cant. Hi eni siluestrē admodū & incultā regionē te-  
nēt: cū arenosa sit: nec ulli prorsus apta cultui: uerū  
tamen q̄ satis habeat ex sui natura & excellētissimo  
quodā & singulari munere. Nā ubiq̄ coralii lapides  
exoriunt: & ex montiū uenis q̄ eam muniūt regio-  
nē Saphireæ cedunt crustæ flauis q̄ de3 & fusci colo-  
ris. Ad orientē uero sita ē India regio sc̄e licet oīum  
extrema iocundissima tñ & in ipsis oceani labris si-  
ta: quā sol cū primum incipit emergere: atq̄ ab oce-  
ano caput extollere: primam esse ferunt: quæ illius  
radiis incēdit. & propterea nigros homines & cras-  
sos a natura procreare. Comas ferunt densissimas  
haud dissimiles hiacyntho. Sed quoniā ex plerisq̄  
locis aurum eruit: multi ex eis inde quæstum aucu-  
pant: alii telas lineas cōtexunt: alii secto elephantū  
dentes abradunt: alii per fluminum decursus ince-  
dentes perquirūt: si qua inter arenas lucesceret be-  
rillas aut adamas aut forte quispiā iaspis: aut si qua  
glaucea Topalus occurreret: aut incideret forte in  
purpureā quandam & sanguini similem Amethi-  
stum. Hæc sunt enim potissima illorum studia: euz  
uniuersa illa regio pfusa sit p̄petuis fluminibus: q̄ hu-  
iusmōi opibus diuitē & pollēte3 patriā reddūt. Sūt  
& horti ibi & arua ppulchra & læta: q̄ uniuersū sē-  
per p̄ annū uirēt: in q̄bus partim nascit̄ miliū: partī  
exurgunt siluæ semp̄ rubris calamis frōdentes. At

modo mihi dicēdū erit de ipsi9 forma & situ: q̄b9  
ue fluminibus abluat: q̄bus uallet mōtib9: & quot  
demū alat gentes. Sequitur descriptio Indiæ.

Onstat enī primū ex q̄ttuor angulis: s3  
c uniuersis oībus ad suo3 triāgulo3 for-  
mā: quo3 bases itra se coeāt: haud pror-  
sus dissimilē rhōbo. Indus uero: de quo  
dixi: fluuius occidentalē ipsius interluit partē. Gan-  
ges uero ad orientē tenet. Caucasus at̄ mons ad se-  
ptentrione3 uersus atq̄ ad ursay occasū. Multi hāc  
regionē clari & p̄potentes tūri coluere: haud qua3  
uno in loco coacti: nec uno appellati nomine: cū q̄-  
dam ex eis ad unā cōcesserit partē & ad aliā alii pro-  
ut eis natura ab initio & uolūtas & cōsuetudo sup-  
peditarit. Nā q̄dam ad Indum flumē se cōuertere:  
& ipsi q̄dem Dardanes sūt appellati: qui eā potissi-  
mum partē tenent: ubi Hydaspis amnis Acesmā  
Hydaspis amnis Acesmā e scopulis fluētē ī pprios  
recipit sinus. Hydaspes. n. fluuius ē amplissim9 &  
ad nauigādi usuz aptissim9: eā occidentālē plagā plā-  
bēs: Cui etiā ppinqua ē Cophes flumē: & eā partē  
cādidissimis undis pfundit: quos inter Sabæ positi  
sunt ac etiā Toxili: & Scodri: & deīde Peucaneorū  
gētes: & q̄ Dionysiū colūt Gargaridæ: Vbi Hypāis  
& Megaros aux̄ uehūt ditissima oīuz flumīa. Ea  
.n. a mōte Hemō primū exorta: atq̄ deīde ad Gāde-  
tidem plagā uersa: tandem cū ad austrū se flectant  
p̄pe Colidos isulā: q̄ oceano abluūt: ī mare dilabūt.  
Hæc siquidem insula cū adeo erecta sit ut neq̄ illuc

De forma  
Indiæ.

Dardanes  
populi.  
Hydaspis  
& Acesma  
flumina.  
Cophes flu-  
men.  
Sabæ. Toxi-  
li. & Scodri  
populi.  
peucaneorū  
genes.  
Gargaridæ  
Dionysiū  
colunt.



Sacer loc⁹.

Fabula de  
Baccho.

Nisea uia.

aves aduolent: orgis est a græcis appellata. Ferunt  
etiam illam ueneri dedicatam extisse & ob id Co/  
lidem uocatā. Nec longe ab ea sed ad Gangem uer/  
sus alius quidam locus eminent: qui ab incolis sacer  
iudicatur ob mirabilem quandā rem ibi olim inue/  
ctam. Nam dicūt Bacchū illic olim cum fureret cō/  
sedisse: ibi teneras uitiū nebrides: quibus obtecti  
erant: qui sequebātur: statim in aspides se cōuertū/  
se: & in ferrū tyrsos: cincturas uero ac uitiū ipsarū  
capreolos in sufflantis dracones mutatos: propte/  
rea quia homines illi eius sacra contempsissent: at/  
q; horrerent eius mores. Tū uero timore omnes p/  
citos uiam illam p̄mum ab eo Niseam appellasse:  
constituisseq; ut una cum eorum liberis coronati  
hædera sacra conficerent. Quo facto cum gētes il/  
las subiecisset: montes statim Hemodos cōscēdisse  
ad quorum radices alliditur: q; ad orientem spectat  
ocean⁹: ibiq; supra eorū uerticē tanq; ad alios terræ  
fines geminas infixisse colūnas imitatus eius potis/  
imū cōter rancū Hercule: ac demū in Ismēi flumi/  
nis ripas exultatē descēdisse. S; hæ sunt gētes oēs  
ac natiōes quæ terram ipsam tenent: & potissimuz  
quæ potuerunt aliqua sui excellentia & dignitate  
ad cognitionē nostrā peruenire. Et si alias permul/  
tas esse fatear: quæ quoniam uariis in locis constitu/  
tæ sunt: ac partim circūerrant: nec ullum protsus fi/  
xum habent locum: partim etiam ignobiles & ob/  
scure: ut etiam sine nomine p̄manserint: nō muli/  
tamen faciendos esse iudicauī: Quas neq; q; omni

um conscius esset præter imortalem deum dicere  
posse existimaui. Ipse. n. solus est qui nouit omnia  
& solus qui potest. Ipse est qui p̄ma ipsi⁹ orbis fun/  
damenta in orbē coniecit & imensi maris aditu: &  
femitam mortalibus patefecit: quicq; uitæ huius cō/  
moditates oēs: diuitias: dignitates honores p̄stitit. q;  
ue sidera discernens unicuiq; quā uoluit sortem tra/  
didit. Quibusdam. n. ut terram colerēt: atq; inde  
sibi diuitias & opes comparēt. aliis aut ut pelago acti  
aut piscarentur sibi uictum: aut mercimonia com/  
mutarent: aliis ut scientiæ & philosophiæ studiis se/  
dederent: atq; inde honores aucuparētur & laudes  
Multis etiam ut cæteris p̄essent iuberent & impe/  
rarent. Ideoq; nō mirandum si hoīes uariam inter/  
se sunt non solū fortunam: sed etiam naturam con/  
secuti: cum uidemus regiones & loca: eam quoque  
uarietatem adeptā: postq; una quidē lacteos homi/  
nes pariat. alia subalbidos: alia fuscos: alia p̄sus adu/  
stos: aut similes multis floribus: quales generat As/  
syria. Sic enim statuit deus ut homines uarii quoq;  
igenii & multiformis aī ac industriæ: quē admodū  
& cætera nascerentur: atq; ut unusq; sua cōtenta/  
retur sorte. Vos igitur o terræ oēs: & uos o insulæ:  
q; colitis mare: ualete nunc p̄cor. Valete quoq; uos  
undæ oceāi: & uos ponti sacri fluctus: & uos fluiui  
ac & fontes & mōtes peruii ualete & uos q̄sō. Iam  
enim uos oēs satis p̄curri q; fueratis aliquā iter mor/  
tales famā aut nomē cōsecuti. S; deū q̄sō ut p̄ huius/  
modi labore meo aliquā retribuatur i postere gratiā.  
h

Solus deus  
nouit & pōt  
omnia.

pulchra con/  
clusio.



Impressum est hoc opusculum Venetiis p Chri  
stoferum de pensis dictū Mandello. M. CCCC.  
LXXXVIII.

FINIS. Laus Deo.

Europæ prouinciæ.

Hibernia britannica.

Britannia.

Hispania beticha.

Hispania lusitania.

Hispania taraconensis.

Gallia Aquitania.

Gallia lugdonensis.

Gallia belgica.

Gallia narbonensis.

Germania magna.

Rhetia seu Vindelicia.

Norsicum.

Pannonia superior.

Pannonia inferior.

Illyricus in qua est Dalma-  
tia.

Italia.

Europæ insulæ.

Cyrenus insula. id est Cor-  
fica.

Sardinia.

Sicilia.

Sarmatia in europa.

Taurica cheronnesus.

Lasiges Metaneste.

Dacia.

Mysia superior.

Mysia inferior.

Thracia.

Cheronnesus

Macedonia.

Epirus.

Achaia.

Euboia insula.

Peloponnesus.

Creta insula. id est Candia

Simul omnes. xxxiii.

Aphricæ prouinciæ.

Mauritania Tinganica.

Mauritania Cæsariensis.

Aphrica i qua est Numidia

Cytene seu Pentapolis.

Marcarica. Libya. ægyptus

& Thebais.

Libya interior.

Aethiopia interior.

Aethiopia quæ est sub ægypto.

pto.



Simul omnes. Viii.

Asiæ prouinciæ.

Pontus: & Bithynia.  
Propria asia in qua est phrygia.  
Lycia.  
Galatia in qua Isuaria.  
Paphlagonia in qua est Pisci-  
scidia.  
Cappadocia in qua est par-  
ua Armenia.  
Cilicia.  
Sarmatia quæ est in asia.  
Colchis.  
Hiberia.  
Albania.  
Magna Armenia.

Insulæ Asiæ seu prouinciæ.

Cyprus insula.  
Syria concaua. Phænicia.  
Palæstina. Iudæa.  
Arabia Petrodes.  
Arabia deserta.  
Mesopotamia.  
Babylonia.

Assyria.  
Media.  
Sufiana.  
Persia.  
Parthia.  
Carmania deserta:  
Arabia felix.  
Carmania.  
Hyrcania.  
Margiana.  
Bactriana.  
Sugdiani.  
Saccæ.  
Scythia intra Imaumontem.  
Scythia extra Imaumontem.  
Serica.  
Aria.  
Paropanisside.  
Drangiana.  
Aracolia.  
India intra Gangem fluuium  
India extra Gangem.  
Sine.  
Taprobana insula.  
Simul omnes Asiæ prouinciæ. xlii.  
Simul omnes orbis magnæ  
prouinciæ octogintaquinque  
cum quibus connumeratæ  
etiam parvæ fiunt.



Registrum.

<sup>a</sup> prima alba Eloquentissimi	<sup>d</sup> Attica nauigabili	<sup>g</sup> ius medio rium sibi
<sup>b</sup> uero qui ad hesperiam.	<sup>e</sup> rit Taprobana. num &	<sup>h</sup> um conscius Sardinia.
<sup>c</sup> la alia est tum est	<sup>f</sup> prope orientem	

FINIS